121. VERS. 14. *Ipsse Dominus in iudicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus.* Acriorem quodam modo commotionem Scriptura indicat his verbis: *Ipsse Dominus in iudicium veniet.* De populo quidem dictum est: *Constituatur in iudicium Dominus, et sistet in iudicium populum suum.* At vero de senioribus principibusque dicitur: *Ipsse Dominus in iudicium veniet.* Primum quidem, ut doceamur fore, ut suo quique ordine iudicemur, populus, seniores, principes. *Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter examinabuntur*³⁸. Liqueat autem in iudicium venientem, non ad iudicandum, sed ad discernendum venire. Non enim est **463** iudicis cum iis qui iudicantur, ad iudicium venire: sed eorum est, qui iudicandi sunt, simul collectos iudicem adire. Cum autem ad iudicium cum ipsis venerit, statim eos coarguet, modo objurgatorio dicens (VERS. 15): *Vos autem, utquid incendistis vineam meam, et rapina pauperis in domibus vestris? utquid vos injuria afficitis populum meum?* Seniores ac populi principes, quid simus ei in jus vocanti responsuri, perpendamus: imo vero precemur, ut in nobis talia minime inveniantur, quæ reprehensione digna sint. Compertum est enim, hæc verba ad nos spectare, quorum alii cooptati sunt in presbyterorum ordinem, alii vero in honore et gradu majori constituti, populo præsent. Concredidi vobis vineam fertilem, totam veram, ut cura vestra ac diligentia fructus idoneos ederet: vos autem non ei solum intulistis vastitatem, sed ipsam etiam incendistis. Id autem contingit, cum præterquam quod non docemus quæ officii sunt ac muneris, etiam ex impietate incendium quasi quamdam flammam ubique serpentem, et perpetuo partes contiguas invadentem, in vineam inducimus. Qui virentes hactenus uberesque psalmites reddunt aridos, deformes, infructuosos, et qui vitia ex ignitis diaboli jaculis nata non extinguunt, imo etiam suæ vitæ privatæ intemperantia vitiiis multis dant locum, hi vineam incendunt. Quin etiam qui per stolidam avaritiam ad aliena bona concupiscenda multos invitat, is incendit vineam. Adjungit igitur illud: *Et rapina pauperis in domibus vestris.* Itaque qui injustas opes rapina et vi colligunt, vineæ incendio causam ansamque dant exemplo pravo, quo omnis etiam populus alii aliorum bona præfectorum imitatione concupiscere edocentur. Seniores igitur ac principes, qui per sanam doctri-

illud, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακρίναι, sive διακριθῆναι, ut in Colb. primo, ita, Ducæo teste, in Henriciano desideratur.

(58) Antiqui tres libri, τὸν ἀμπελῶνά μου, *injuria afficitis vineam meam.* Mox mss. nonnulli, ἀποκρινώμεθα.

(59) Editi et tres mss., τό. Alii tres, τῷ.

(60) Editi, ἡ τὰ. Nec emendatioribus sunt codices tres, in quibus legitur, εἴτα: sed in aliis duobus emendate scriptum invenimus, εἰ τὰ. Statim editi, ξηρὰ καὶ ἀπρεπῆ. At uterque Combes., ξηρὰ καὶ ἀπρεπῆ.

nam ac per bona vitæ privatæ exempla non ex-
colimus vineam, horum accusabimur. Nec imme-
rito sumus audituri illud: *Et rapina pauperis in
domibus vestris; si quæ concessa sunt pauperum
sublevandorum causa, domi retineamus, atque
spoliamus indigentes.*

122. VERS. 15. *Quid vos injuria afficitis populum
meum, et vultum pauperum confunditis? Mos est iis
qui injuriam inferunt, et spoliant, ut, cum a læsis
expostulantur, contumeliis et conviciis ipsos con-
fundant, vilipendentes ac plagas comminantes,
eosque tanquam litigandi cupidos traducentes.
Itaque non solum ait, Injuria afficitis pauperem,
qui facile potest spoliari, cuique utpote auxiliis
destituto haud difficulter parantur insidiæ, sed et
additur: Confunditis vultus pauperum. Pudorem
quo ex illata injuria affici debueratis, tyrannide
vestra in pauperes refunditis. Subornantes testes,
mercede conducitis patronos, corrumpitis judices,
donec præter reliquam iniquitatem pudorem etiam
ex sycophantia ortum in pauperes transtuleritis.
Sed at alias incurrimus in crimen, cum ob paria
delicta pauperes acriter lacessimus: qui scilicet
prodamus 464 quidem eorum peccata, probroque
omni adhibito, Deique zelo in pauperes ostenso,
hoc pacto vultus ipsorum confundamus. Quia vero
nonnulli pauperes dicuntur beati⁸⁹, qui pietatis
causa aspernati sunt omnia, atque acquirenda-
rum Dei divitiarum spe educti, mundanas opes
nihili aestimarunt; quando ii qui male præsent
populo, cum hujusmodi pauperes beatos prædicare
debuissent, eos calumniantur, vilipenduntque, et
commendabilem eorum humilitatem contemptui
habent, tum merito objurgantur, maxime si senio-
res sint aut principes, siquidem sanctorum paupe-
rum vultibus incutiunt pudorem. Joannes erat hu-
jusmodi pauper, domum non habens, non famulum,
non bovem aratorem, non agellum, non lectum,
non panem. Talis Elias erat. Ejusmodi erant san-
cti omnes, qui *Circuierunt in melotis, in pellibus
caprinis, egentes, angustiati, afflicti*⁴⁰.*

123. VERS. 16, 17. *Hæc dicit Dominus: Pro eo
quod elevata sunt filix Sion, et ambulaverunt erecto
collo, et in nutibus oculorum, et gressu pedum simul
trahentes tunicas, et pedibus simul ludentes: et hu-
miliabit Deus principes filias Sion. Etsi verba isthæc
res quaspiam majoris momenti potissimum signifi-
cant, tamen quæ dicuntur, continent etiam in seipsis
quiddam populis utile, et moribus corrigendis ac-
commodum. Refrenant enim mulierum lascivarum
vitam, quæ habitu, aspectu, incessu amictuque suam
ad stuprum proclivitatem produnt. Cum enim ob*

⁸⁹ Matth. v, 3. ⁴⁰ Hebr. xi, 37.

(61) Veteres aliquot libri, σφοδρῶς καθαπτώμεθα. Ibidem Reg. quartus, δημοσιεύοντες μὲν. Deest μὲν in editis et in aliis mss. Subinde idem codex, ἐπιδει-

δοτριβουμένου. Πρεσβύτεροι οὖν καὶ ἄρχοντες, οἱ μὴ
διὰ τῆς ὑγιαίνουσας διδασκαλίας καὶ τῶν κατὰ τὸν
ἴδιον βίον ἀγαθῶν ὑποδειγμάτων τὸν ἀμπελῶνα
γεωργοῦντες, ταῦτα ἐγκληθησόμεθα· εὐλόγως δὲ καὶ
ἀκουσόμεθα τὸ, Καὶ ἡ ἀρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς
οἴκοις ὑμῶν, ἐὰν τὰ εἰς λόγον τῆς ἀναπαύσεως τῶν
πενήτων διδόμενα, ἐν τοῖς οἴκοις ἔχωμεν, ἀποστεροῦν-
τες τοὺς ἐνδεεῖς.

122. Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ
πρόσωπον τῶν πτωχῶν καταισχύνετε; Ἔθος τοῖς
ἀδικοῦσι καὶ ἀποστεροῦσιν, ἐπειδὴν ἐγκλῶνται παρὰ
τῶν ἡδίκημένων, ὕβρει καὶ λοιδορίαις καταισχύνειν
αὐτοὺς ἐξευτελίζοντες, καὶ πληγὰς ἀπειλοῦντες, καὶ
ὡς φιλοπράγμονας διαβάλλοντες. Οὐ μόνον οὖν φη-
σιν, Ἀδικεῖτε τὸν πένητα, εὐδιάρπαστον ὄντα, καὶ
εὐεπιβούλευτον, διὰ τὴν ἐρημίαν· ἀλλὰ καὶ, Καται-
σχύνετε τὰ πρόσωπα τῶν πτωχῶν. Τὴν ὑμῖν προσ-
ήκουσαν ἐκ τῆς ἀδικίας αἰσχύνην, ταύτην ἐκ τῆς
τυραννίδος ὑμῶν τοῖς πτωχοῖς περιτρέπετε, μάρτυ-
ρας ἀναπειθόντες, συνηγόρους μισθούμενοι, τοὺς
δικάζοντας παραπειθόντες, ἕως ἂν πρὸς τῇ λοιπῇ
ἀδικίᾳ καὶ τὴν ἐκ τῆς συκοφαντίας αἰσχύνην τοῖς
πένησι περιστήσητε. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλως ἡμέτερον
τὸ ἐγκλημα, ὅταν ἐν τοῖς ὁμοίοις πταίσμασι τῶν μὲν
πενήτων σφοδρῶς καθαπτώμεθα (61), δημοσιεύοντες
μὲν αὐτῶν τὰ πταίσματα, καὶ μηδενὸς ὀνείδους φει-
δόμενοι, ἐνεπιδεικνύμενοι δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ ζῆλον τοῖς
πένησι, καὶ ἐκ τούτου τὰ πρόσωπα αὐτῶν καταισχύ-
νοντες. Ἐπεὶ δὲ εἰσὶ τινες πτωχοὶ μακαριζόμενοι, οἱ
διὰ τὴν θεοσέβειαν πάντων καταφρονήσαντες, καὶ
ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κατὰ Θεὸν πλούτου, τῆς κοσμικῆς πε-
ριουσίας ὑπεριδόντες, οἱ κακῶς προεστῶτες τοῦ λαοῦ,
ἀντὶ τοῦ μακαρίζειν τοὺς οὕτω πτωχεύοντας, δια-
βάλλοντες, καὶ ἐξουθενοῦντες, καὶ τὴν ἐπαινετὴν
αὐτῶν ταπεινοφροσύνην ἐξευτελίζοντες, εἰκότως
ἐγκαλοῦνται· μάλιστα ἐὰν πρεσβύτεροι ᾧσιν ἢ (62)
ἄρχοντες, ὡς τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων πτωχῶν κα-
ταισχύνοντες. Ὅποιος ἦν πτωχὸς Ἰωάννης, μὴ οἶκον
ἔχων, μὴ οἰκέτην, μὴ βοῦν ἀροτῆρα, μὴ γῆδιον, μὴ
κλίνην, μὴ τράπεζαν, μὴ ἄρτον. Ὅποιος ἦλθας.
Ὅποιος τῶν ἁγίων ἕκαστος, οἱ Περιῆλθον ἐν μηλω-
ταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι,
κακουχούμενοι.

123. Τάδε λέγει Κύριος· Ἄνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ
θυγατέρες Σιών, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῶ τραχή-
λῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ πορείᾳ
τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς
ποσὶν ἅμα παίζουσαι· καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς
ἀρχούσας θυγατέρας Σιών. Εἰ καὶ μεζονά τινα
προηγουμένως ἐμφαίνει ὁ λόγος, ἀλλ' ὁμοῦς ἔχει τι
καὶ αὐτόθεν τοῖς πλήθεσι χρήσιμον καὶ ἐπιστρεπτι-
κὸν τὰ λεγόμενα. Συστέλλει γὰρ ἀκολάστων γυναικῶν
τὴν ζωὴν, καὶ σχήματι, καὶ βλέμματι, καὶ βαδί-
σματι, καὶ στολῇ τὴν πρὸς πορνείαν εὐκόλιν ἐπι-

κνύμενοι δέ. Editi vero et alii mss., ἐπιδεικνύμενοι μὲν.

(62) Veteres quinque libri, ἢ. Editi et Reg. pri-
mus, οἱ.

δεικνυμένων. "Όταν γάρ ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ σώματος A
 μεγαλοφρονοῦσαι ὑπεραίρωσιν ἑαυτὰς τῶν λοιπῶν,
 ματαίῳ φρυάγματι κεχρημένοι, καὶ ἐπαιρόμεναι
 πράγματι ταχὺ ἀπανθοῦντι καὶ ἀποθροῦντι· εἶτα
 ὑψηλὸν μὲν τὸν τράχηλον φέρουσιν, ὑπὲρ τοῦ πᾶσιν
 αὐτῶν τὰ πρόσωπα εἶναι καταφανῆ. Ἡ μὲν γάρ
 σεμνὴ γυνὴ καὶ κοσμία, εἰς γῆν κατανεύουσα ὑπὸ
 αἰδοῦς, ἐπὶ τὸ (63) κάτω καθελκόμενον ἔχει τὸ πρόσωπον· ἡ δὲ πολλοὺς ἀγρεῦσαι τῇ παγίδι τοῦ κάλλους
 προαιρουμένη, πορεύεται ὑψηλῶ τραχήλῳ. Καὶ ἐν
 νεύμασιν ὀφθαλμῶν. Γυναικὸς πορνείας πνεύσεως
 τὸ κατηγορήμα, περίεργα βλέπειν τῷ ὀφθαλμῶ, τὴν
 ἀσέλγειαν τῆς ψυχῆς καταμηνύειν τῷ βλέμματι,
 ἐμμειδιᾶν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρεθίζειν πορνικῶς, ἰόν
 τινα φθαρτικὸν ἐξαποστέλλειν τοῖς ὀμμασιν· ὁποῖον
 δὲ τι καὶ ὁ περὶ τοῦ βασιλίσκου κατέχει λόγος, ὃν B
 φασὶ καὶ ἐκ μόνης τῆς ὄψεως διασθεῖρην τοὺς θεαθέν-
 τας. Δικαίως οὖν ἀγανακτεῖ ὁ λόγος κατὰ τῶν πο-
 ρευομένων ὑψηλῶ τραχήλῳ· τουτέστιν, ἀπερυσθια-
 σμένῳ προσώπῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν. Τὸ δὲ
 ὀψηλὸν τοῦ τραχήλου, δεῖγμα τοῦ μηδὲ τῷ ζυγῶ τῆς
 σωφροσύνης ὑποκειῖσθαι· ἀβρυνογένης δὲ καὶ χλιδῶ-
 σης, τὸν χιτῶνα ἐπισυρομένην βαδίζειν, καὶ τὸ βά-
 δισμα μὴ κατὰ φύσιν ποιῆσθαι, ἀλλὰ πρὸς ῥυθμὸν
 ἐκμελῆ ἐπιτετηδευμένον ἐκλότως. Ἄντι οὖν τούτων
 Ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών.
 Ἐπειδὴ ἐκουσίως τὸ ταπεινὸν οὐχ εἶλοντο ἀλλ' ἐπο-
 ρεύθησαν ὑψηλῶ (64) τραχήλῳ, ταπεινώσει, φησὶ,
 τὰς ἀρχηγούς αὐτῶν, τὰς θυγατέρας (65) Σιών.
 Ἔτι καὶ νῦν ἔξεστιν ὄραν πολλαχοῦ τὰς Ἰουδαίας
 γυναῖκας τοῖς ἐκάστου ποσὶν ἐπιπαιζούσας, καὶ μὴ
 ἐντροπομένας τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Εἶθε δὲ μὴ (66) C
 καὶ τῆς Ἐκκλησίας αἱ θυγατέρες τὰ αὐτὰ ἐγκα-
 λοῖντο. Πολλὰ γὰρ ὡς ἐν πλήθει ἐπὶ τῶν προσ-
 ιόντων τῷ θεῷ λόγῳ, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν,
 οὐκ εἰδοῦσαι εὐφροσύνην πνευματικῆς, παιδιαῖς
 ἀσέμνοις ἑαυτὰς ἐπιδιδούσαι, κώμοις καὶ μέθαις
 ἐγκαγινδούνται· καὶ μὴ τηροῦσαι τὸ παράγγελμα τὸ
 λέγον, ὅτι Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλέπέτωσαν·
 ὑπολοξοῦσαι (67) τὸ ὄμμα καὶ παρεκκλίνουσαι, δεῖγμα
 πονηρᾶς ἐκφέρουσι προαιρέσεως. Πολλαχοῦ δὲ τὰ
 νεύματα τῶν ὀφθαλμῶν διεκτέλλεται· ὡς ἐν Παροι-
 μίαις ἐπὶ τοῦ κακοῦ παρατετήρηται, ὅτι Ὁ δὲ αὐτὸς
 ἐννεύει μὲν ὀφθαλμῶ, σημαίνει δὲ ποδί· καὶ πάλιν·
 Ὁ ἐννεύων ὀφθαλμῶ μετὰ δόλου, συνάγει
 ἀνδράσι λύπας· καὶ τὸ, Οἱ μισοῦντές, με δωρεάν, D

corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi
 arrogantes, sese supra cæteras efferunt, fastu inani
 utuntur atque de re cito marcescente et evanescente
 gloriantur : deinde collum in sublime erectum fe-
 runt, ut earum vultus valeant omnium oculis spe-
 ctari. Nam quæ pudica est mulier et bene morata,
 defixis præ pudore in terram oculis, faciem habet
 deorsum demissam : quæ autem pulchritudinis suæ
 laqueo captare ac venari multos in animum induxit,
 incedit surrecto collo. *Et in nutibus oculorum.*
 Accusatio est in mulierem stuprum anhelantem
 conflata, cum videlicet ea oculis curiosis aspiciens,
 obtutibus suis impuritatem animæ declarat, atque
 subridens, meretricie oculis suis prolicit ac provo-
 cat, dum aspectu ipso exitiosum quoddam virus
 jaculatur. Sane simile quiddam narrat rumor de
 basilisco, quem ferunt solo intuitu interficere spe-
 ctatores. Jure igitur ac merito sententia isthæc ad-
 versus eas quæ arrecto collo, hoc est, inverecundo
 vultu, et in nutibus oculorum incedunt, indignatio-
 nem præfert. Cæterum colli elatio indicat mulierem
 continentię jugo nequaquam subjici. Cum autem ita
 incedit, ut tunicam trahat, hicque incessus non se-
 cundum naturam, sed ad numerum inconcinnum
 dissolute ac studiosius perficiatur, id efferentis sese,
 et in deliciis viventis indicium est. Itaque ob eam
 rem *Humiliabit Deus principes filias Sion.* Quoniam
 non sponte sua **465** amplexæ sunt humilitatem, sed
 ambulaverunt collo elato, humiliabit, inquit, illa-
 rum duces, filias Sion. Licet etiamnum multis in lo-
 cis videre Judæas mulieres, uniuscujusque pedibus
 illudentes, quæ hanc prophetæ vocem minime re-
 vereantur. Atque utinam Ecclesiæ quoque filiabus
 hoc idem exprobrari non posset ! Multæ enim tan-
 quam catervatim in oculis eorum qui in diebus
 festis verbum divinum audituri accedunt, lætitiæ
 spiritualis ignaræ, inhonestis ludis vacant, ac in
 conviviis lascivis atque in ebrietate volutantur, nec
 admonitionem illam observant, quæ dicit : *Oculi tui
 recte videant* ⁴¹; nempe dum in obliquum detor-
 quent oculos ac deflectunt, pravæ voluntatis argu-
 mentum ac specimen præbent. Multis autem locis
 in malam partem accepti sunt oculorum nutus, uti
 in Proverbiis observatum est de homine nequam :
Ipsæ autem innuit quidem oculo, pede vero signifi-
cat ⁴². Et rursus : *Qui innuit oculo cum dolo, con-*

⁴¹ Prov. iv, 25. ⁴² Prov. vi, 13.

(63) Ita mss. multi, tum a viris eruditissimis
 Ducæo et Combefisio, tum a nobis ipsis collati.
 Editi et codex Fr. 1, ἐπὶ τῷ.

(64) Codices duo, ἐν ὀψηλῶ.

(65) Editi et collati a Ducæo libri H. J. et A., τὰς
 ἀρχούσας τῶν θυγατέρων· a quibus in eo solum duo
 Colbertini differunt, quod pro ἀρχούσας habeant,
 ἀρχηγούσας. At uterque Combef. et Reg. quartus, et
 apographum Anglicum, τὰς ἀρχηγούς αὐτῶν, τὰς
 θυγατέρας. Mutasse Ducæum lectionem veram falso
 conqueritur Combefisius. Nos rem totam erudito-
 rum judicio permittimus. Statim Reg. secundus et
 uterque Colb., τὰς Ἰουδαίας γυναῖκας. Vox ultima in

excusis deerat.

(66) Vere et docte emendavit hunc locum Ducæus
 e suis codicibus H. J. et A., quibus libris adjungi
 possunt et alii quatuor, ubi similiter legitur, εἶθε δὲ
 μὴ, etc. At codex Fr. 1, εἶτε δὲ μὴ... ἐνεκαλοῦντο·
 quem codicem secutus Tilmannus, sic verterat.
*An non filix etiam Ecclesiæ ob eadem in jus vocatæ
 sunt?* Hoc exemplo, ut aliis multis, quantas tene-
 bras vel eruditissimis hominibus exigua scripturæ
 variatio offundat, edocemur.

(67) Editi, ὑπολοξοῦσαι, male. At uterque Combef.
 cum aliis duobus, ὑπολοξοῦσαι. Nee ita multo post
 duo mss., τὰ ἐννεύματα.

gregat viris tristitias ⁴³. Item illud : *Qui oderunt me gratis, et annuunt oculis* ⁴⁴. Quin et aliquando ad viros pertingunt istiusmodi crimina, qui inferiores superbo quidem animo aspernantur, gestu vero supino habituque et superciliorum nictatione superbiam detegunt : qui et fastoso et elato gradu numerose incedentes, arrogantiam suam, vestibus ad malleolos usque demissis, declarant : quos tandem ad ludos immoderatos animum suum adjungentes manet intentata ruina, ipsos a celsitudine per humilitatem dejectura.

124. *Et Dominus revelabit habitum earum.* Hunc habitum superbum, ad intemperantiam omnemque impudicam cogitationem incautorum animis ingenerandam compositum revelabit Dominus, cum, patefactis arcanis, carnis quidem auferentur integumenta, anima vero nuda et sola una cum turpitudinis operibus proferetur in medium ⁴⁵. Atque etiam in hoc sæculo ad eorum quibus istud contingit, utilitatem revelatur interdum habitus, ita ut rebus quæ antea multos latuerant, denudatis, atque peccatorum turpitudine ad plurimorum cognitionem perveniente, hi ipsi qui prius latitantes in malo persistebant, jam pudibundi convertantur ac resipiscant. Quamobrem fucatum simulatumque habitum revelare, munus Domini est. Quare si qui nostrum qui in dignitate et honore constituimur, vitam indecoram per simulationem contegunt, metuant eum qui nostrum habitum revelaturus est, atque cordium nostrorum consilia patefacturus, adeo ut peiores cogitationes in cujusque animo conceptæ ob omnium oculos ponantur ⁴⁶. Circumdabunt enim unumquemque nostrum cogitationes ipsius ⁴⁷. Quin et actiones nos circumstant, eaque suis notis insignitæ, pudorem probrumque æternum nobis inferentes, quandoquidem sermoni doctrinæque deprehenduntur contrariæ : ita ut qui prædicat non furandum, is furti inveniatur reus : qui dicit non mœchandum, is suam cum adulteris portionem habere comperiatur ⁴⁸ : qui **466** abominatur idola, idem non sibi temperet a sacrilegio. Nihil enim occultum est, quod detegendum non sit : nihil absconditum, quod revelandum non sit ⁴⁹.

125. *VERS. 18. In die illa auferet Dominus gloriam vestimenti earum, et ornatum earum.* Quandoquidem rebus quæ ad usum fuerant concessæ, utebantur contra decori rationem, *Auferet Dominus gloriam vestimenti earum*, quo in suum et occurentium malum amiciebantur. Itaque omnem mulierem vestimenti cultu abutentem, eo spoliatum iri minitatur. Quoniam, inquit, incedebant etiam simul tunicas trahentes, quasi non uterentur vestimento,

⁴³ Prov. x, 10. ⁴⁴ Psal. xxxiv, 19. ⁴⁵ I Cor. iv, 5. ⁴⁶ Ibid. ⁴⁷ Ose. vii, 2. ⁴⁸ Psal. xlix, 18. ⁴⁹ Luc. viii, 17.

(68) Vox ταπεινωσις hoc loco notam et solitam significationem non habet : sed sumi videtur pro animadversione, qua Deus superbos punit, eosque deprimit.

(69) Sic uterque Combef. et alii mss. non pauci.

καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Φθάνει δὲ ποτε καὶ ἐπὶ ἄνδρας τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα, τοὺς φρονήματι μὲν ἀλαζονικῶ ὑπερφρονούντας τῶν ὑποδεεστέρων, ὑπτιαζοντας δὲ τῷ σχήματι, καὶ τῷ νεόματι τῶν ὀφρύων τὴν ἀλαζονείαν ἐνδεικνυμένους. σοβαρῶ δὲ καὶ διηρημένῳ βαδίσματι εὐρυθμα βαίνοντας, τὸ ἱμάτιον καθιέντας μέχρι τῶν σφυρῶν, ἀλαζονείαν ἐνδεικνυμένους, καὶ παιδιαῖς ἑαυτοῦς ἀμέτροις ἐκδεδωκότας, οὓς μένει τὸ ἀπειληθὲν πτώμα τὸ διὰ τῆς ταπεινώσεως (68) τῆς ἀπὸ τοῦ ὕψους.

124. Καὶ Κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν. Τοῦτο τὸ σχῆμα τὸ ὑπερήφανον, καὶ πεποιημένον πρὸς ἔκλυσιν (69) καὶ πᾶσαν ἀκόλαστον ἔννοιαν, ταῖς καρδίαις τῶν ἀφυλάκτων ἐνεργαζόμενον, ἀνακαλύψει Κύριος, ὅταν ἐν τῇ φανερώσει τῶν κρυπτῶν τὰ μὲν τῆς σαρκὸς παραπετάσματα περιαιρεθῇ, γυμνῇ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν μετὰ τῶν ἔργων τῆς ἀσχημοσύνης παραδειγματίζεται ἡ ψυχὴ. Ἐνεργεῖται δὲ ποτε καὶ ἐν ταῦθα ἡ ἀποκάλυψις τοῦ σχήματος ἐπὶ καλῶ τῶν περὶ οὓς ἡ ἐνέργεια, ὥστε γυμνωθέντων, ἃ τέως πολλοὺς διαλανθάνει, καὶ εἰς γοῶσιν τοῖς πολλοῖς ἐλθοῦσης τῆς ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασιν ἀσχημοσύνης, ἐπιστρέψαι καταιδεσθέντας τοὺς τέως διὰ τὸ λανθάνειν ἐπιμένοντας τῷ κακῷ. Τοῦ Κυρίου οὖν ἔργον, ἀνακαλύψαι τὸ σχῆμα τὸ ἐπίπλαστον, καὶ κατεσχηματισμένον. Ὅστε καὶ εἰ τινες ἡμῶν τῶν τιμωμένων προσχήματι βίον ἄσεμνον ὑποκρύπτουσι, σοθηθήτωσαν τὸν ἀνακαλύπτειν ἡμῶν τὸ σχῆμα μέλλοντα, καὶ φανεροῦντα τὰς βομλάς τῶν καρδιῶν ἡμῶν, ἐν ταῖς πάντων προκειῖσθαι ὄψει τοὺς ἐν ἐκάστῳ γινομένους χείρονας λογισμοῦς. Κυκλώσει γὰρ ἕκαστον ἡμῶν τὰ διαβούλια αὐτοῦ, καὶ αἱ πράξεις ἐν τοῖς ἰδίοις γνωρίσμασι περιστήσονται, αἰσχύνην καὶ ὄνειδισμόν αἰώνιον ἡμῖν ἐπάγουσαι, ὅταν ἐλέγχωνται ἐναντίως ἔχουσαι πρὸς τὸν λόγον ὥστε τὸν κηρύσσοντα μὴ κλέπτειν, κλοαῖα ἐφευρίσκεισθαι τὸν λέγοντα μὴ μοιχεύειν, ἐν τοῖς μοιχοῖς ἔχοντα τὴν μερίδα φωρᾶσθαι τὸν βδελυσσόμενον τὰ εἶδωλα, ἱεροσυλίας τοῦτον μὴ ἀπεχόμενον. Οὐδὲν γὰρ κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερωθήσεται· οὐδὲ κεκαλυμμένον (70), ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται.

125. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, καὶ τὸν κόσμον αὐτῶν. Ἐπειδὴ παρὰ τὸ πρέπον ἐχρήσαντο τοῖς δεδομένοις εἰς χρῆσιν, Ἄφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, ὃν ἐπὶ κακῶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐντυγχανόντων αὐταῖς περιεβάλλοντο (71). Ὅστε πᾶσα γυνὴ κακῶς κεχρημένη τῇ περιβολῇ τῆς ἐσθῆτος, τὴν (72) ἀφαίρεσιν ἀπειλεῖται. Ἐπειδὴ καὶ ἐπορεύοντο, φησὶν, ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας ὡς μὴ χρώμε-

Editi, ἔκλυσιν, incuria operarum.

(70) Regii tertius et quartus, κατακεκαλυμμένον.

(71) Major pars codicum nostrorum, περιεβάλλοντο.

(72) Uterque Colb. et Reg. secundus, ἐσθῆτος.

ναι τῷ ἱματισμῷ, ἀλλὰ παραχρῶμεναι, ἐκελεύσθησαν γυμνωθῆναι τῆς δόξης τοῦ ἱματισμοῦ. Ἀφαιρεῖται μέντοι καὶ ἀφ' ἡμῶν τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ, ἔαν ἀναξίως αὐτῷ κεχρημένοι φανῶμεν, καταπατοῦντες αὐτόν, καὶ τῶν σαρκίνων μολυσμάτων ἀναπιμπλάντες. Τίς δὲ ἐστὶν οὗτος ὁ ἱματισμὸς, ἢ τὸ ἔνδυμα τῶο ἀγίω, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός; Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε. Χριστὸν ἐνεδύσασθε, ὃν ἀφαιρεῖ Κύριος ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ ἁμαρτάνειν τὸ σῶμα καταπατούντων. καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἔγγουμένων (73). Τούτου τοῦ ἱματισμοῦ σύμβολα ἦν τὰ ἱμάτια τοῦ Ἰσραὴλ, τὰ μὴ κατατριβέντα, καθὼς γέγραπται ἐν Δευτερονομίῳ, ὅτι τὰ ἱμάτια ὑμῶν οὐ κατετριβή, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν οὐκ ἐπαλαιώθη. ἐπεὶ καὶ τὰ ὑποδήματα σύμβολα ἦν τῆς ἐτοιμασίας τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. Ἦν γὰρ δέδωκε Διαθήκην Καινὴν (74) Χριστὸς Ἰησοῦς, μένει καινὴ, μηδέποτε παλαιουμένη. Ὅσον γὰρ χρώμεθα τούτῳ καὶ τοῖς ὑποδήμασι, τοσοῦτω καινότερα γίνεται, αἰὲ προσφάτου καὶ νέας ἐπιγινομένης ἡμῖν τῆς ἐτοιμασίας τοῦ Εὐαγγελίου ἐν τῇ προκοπῇ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Καὶ τοὺς κοσύμβους (75). Ἀφαιρήσειν ἀπειλεῖ τῶν καλλωπιζομένων γυναικῶν διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος καὶ τοὺς κοσύμβους. Οὐ πάνυ δὲ ἡ τοῦ κοσύμβου λέξις τῇ Ἑλληνικῇ συνηθείᾳ καθωμίληται, ὅθεν οὐδὲ ὁ νοῦς αὐτῆς πρόδηλος. Πλὴν ἡμεῖς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἀρχιερατικῆς ἐσθῆτος εὐρόντες χιτῶνα κοσμηθέν, ἔχοντα ῥοίσκους καὶ κώδωνας, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν, ἐνοήσαμεν τοὺς κοσύμβους συναπτημένους τοῖς κώδωσι τοῖς χρυσοῖς, καὶ τοῖς ῥοίσκοις ἀπὸ τῶν ἄκρων, οὓς ἐμιμοῦντο καθ' ὑπερβολὴν τρυφῆς καὶ αἰ θυγατέρες Σιών ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας οὐτῶν ἐσθῆτος· δι' ὧν ἐνύβριζον (76) τοῖς ἱερατικοῖς ἰδιώμασιν, ὑακίνθινα καὶ κόκκινα ἐγκομβώματα κροσσῶν ἀπληρημένα τοῦ λώματος περιφέρουσι.

126. Καὶ τοὺς μηνίσκους, καὶ τὸ κάθεμα, καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν, Κατ' εἶδος ἐπεξέρχεται τῷ γυναικείῳ κόσμῳ, τὸ περίεργον τοῦ καλλωπισμοῦ διασύρων. Ἀφελεῖ γὰρ Κύριος (77) καὶ τοὺς μηνίσκους καὶ τὸ κάθεμα. Σαφέστερον δὲ τοὺς μηνίσκους ἕτερος ἐξέδωκεν, εἰπὼν, καὶ τοὺς μανιάκας· καὶ ἀντὶ τοῦ καθέματος εἰπὼν χαλαστά. Μηνίσκος τοίνυν κόσμος ἐστὶ γρυσοῦς περιτραχήλιος, κυκλοτέρως ἀπειργασμένος, ὃν περιτιθέμεναι αἱ γυναῖκες, γυμνὸν ἐπιτηδεύουσι προδεικνύουσαι τὸν τράχηλον, καὶ ἀναισχύοντως ἀπογυμνοῦν, ἃ συγκαλύπτειν εὐσχημονέστερον. Καὶ τὸ κάθεμα κόσμος τίς ἐστι, καὶ αὐτὸς καθ-

⁵⁰ Gal. iii, 27. ⁵¹ Hebr. x, 29. ⁵² Deut. xxix, 5.

προδοκάτω αὐτῆς τὴν, *Itaque omnis mulier quæ vestimenti cultu abutitur, ejus ademptionem expectet.* Haud contemnenda lectio. Alii tres mss. cum editis uti in contextu.

(73) Sic libri quinque veteres. Editi et Reg. tertius, ἡγησασμένων.

(74) Vocem Καινὴν, quæ in editis desiderabatur, suppeditavere antiqui tres libri.

(75) De significatione ejus vocis, κόσμβος, ut

A sed quæ abuterentur, ideo jussæ sunt vestimenti gloria privari. Aufert quidem et a nobis vestimenti gloriam, si eo deprehendimur indigne uti, illud conculcantes, atque carnalibus inquinamentis complentes. Hoc autem vestimentum quodnam est, nisi sanctorum indumentum, ipse Dominus noster Jesus Christus? *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis* ⁵⁰, quem ab iis aufert Dominus, qui corpus proculcant per peccatum, et testamenti sanguinem pro polluto ac communi habent ⁵¹. Indumenti hujus figura erant Israelitici populi vestes, nequaquam detritæ, uti scriptum est in Deuteronomio ⁵². *Vestimenta vestra non sunt detrita, et calceamenta in pedibus vestris non sunt vetustate consumpta.* Enimvero hæc etiam calceamenta symbola erant ac figura præparationis Evangelii paucis ⁵³. Nam Novum Testamentum quod Jesus Christus tradidit, novum perseverat, nec est unquam antiquandum. Nam quo magis hoc vestimento calceamentisque utimur, eo utraque fiunt recentiora, quandoquidem fide quæ in Christum est proficiente, præparatio Evangelii recens semper ac nova in nobis succedit. *Et cosymbos.* A mulieribus nimio cultu exornatis cosymbos etiam ablaturum se Dominus per prophetam comminatur. Hoc autem *cosymbi* vocabulum non valde admodum Græco usu est receptum, unde minime perspicua est illius intelligentia. Quia tamen in vestis pontificiæ apparatus tunicam cosymbis ornatam et malis punicis ac tintinnabulis instructam reperimus ⁵⁴, *cosymbos* existimavimus quosdam esse fimbriarum nodos, una cum lintinnabulis aureis et malis punicis ab extremis vestimenti partibus dependentes, quos etiam filie Sion præ suo nimio luxu imitabantur in sui vestimenti ambitu. Quo pacto peculiarem vestium sacerdotalium prærogativam dedecorabant, cum circumferrent nodosa fimbriarum ornamenta ab ima vestis ora pendentia, eaque hyacinthina et coccinea.

126. VERS. 19. *Et lunulas, et monile demissum, ornatum faciei earum.* Mundum muliebrem singularim percurrit, atque id quod in hoc ornatu superfluum est, reprehendit. Auferet enim Dominus *et lunulas et monile demissum.* Alius autem interpretatus est clarius, pro lunulis **467** dicens, *et torques;* dicensque loco monilis demissi, *et catenulas.* Lunula igitur aureum est ornamentum collo circumpositum, orbiculatim effectum, quod cum sibi adaptant mulieres, student collum nudum palam ostendere, et ea quæ convenientius tegerentur, impudenter denudare. At *monile demissum* quidam mun-

⁵³ Ephes. vi, 15. ⁵⁴ Exod. xxviii, 33, 34.

fuse, ita diligenter disputat Ducæus: cujus, qui harum rerum curiosi sunt, eruditissimam notam legant suadeo. Illud quod non longe legitur, καὶ τοὺς κοσύμβους, ex antiquis tribus libris addidimus.

(76) Reg. quartus, ἐνύβριζον. Colb. primus, ἐνυβρίζουσι. Alii quidam mss. et editi, ἐνυβρίζουσαι.

(77) Sic veteres quinque libri. Vox Κύριος in editis deerat.

us est, et ipse quidem demissus, et ad pectus usque descendens, levibus ac laxatis quibusdam catenulis dependens; qui ut omnibus sit conspicuus, pectus decenter tegi non posse omnino necesse est. *Et ornatum faciei earum.* Sunt et colores quidam a mulieribus ad decorandam faciem valde exquisiti, albus, rubeus, et alius niger. Albus albitudinem ementitur corporis; rubens in genis efflorescit; niger in modum lunæ in cornua curvatæ circum oculos supercilia depingit: quem ipsum etiam Dominus ablaturum se interminatur. Hæc quidem dicit, ne virorum circumveniatur continentia, neve ejusmodi picturis miserabiles oculi juvenum corripiantur. Alioqui tunc auferentur isthæc, cum omnia coram judice sistentur nuda et aperta; quandoquidem concidet supercilium, gena præ se feret tristitiam, color lividus erit præ timore. Itaque et ornatum aufert Dominus. *VERS. 20: Et compositionem ornatus gloriæ,* materiam videlicet ornatus inservientem ipsaque artis opera ac inventa. Et quoniam ne uno quidem ornatu licet usque adeo efferri, aut ejus causa inflari, at omnibus tamen simul junctis cogitatio superba accedit, Dominus minuitur se etiam ornatus compositionem ablaturum. Qualis autem est ornatus, talis est utique et gloria de eo nata. Atqui corporis ornatus vanus est et inanis: proinde gloria quoque ex illo emergens, interitura est, nec subsistere potest.

127. *Et chlidones, et armillas, et reticula.* Totus quidem qui recensitus est mundus, mulieris deliciis deditæ studium est, hoc est, voluptariæ ac gaudii indulgentis: potissimum tamen *chlidones* quod convenient nomine cum voluptate, hinc fortasse brachiis circumponebantur. Armillæ autem sunt, quæ in manuum extremitate aptabantur omnibus spectandæ. Aliquando tamen in bonam partem acceptæ sunt armillæ; exempli causa, cum senior domus sanctam Rebeccam exornaret⁵⁵. Siquidem par erat illam, utpote patriarchæ contubernio usuram, ab eo cujus opera erat despondenda, in antecessum practicam mentis dotem erudiri. Quapropter armillis aureis, id est, eximiis actionibus manus ipsius condecorabat⁵⁶. Decem vero aureorum erat pondus earum, quod capitibus decem tota legis observatio concluditur⁵⁷. *Et inaures* singularum drachmarum pondus habentes, quia fide unum Deum profitente par est obedientiam exornari. Hic tamen

⁵⁵ Gen. xxiv, 22. ⁵⁶ ibid. ⁵⁷ Deut. x, 4.

(78) Editi, καθειμένος. At quinque mss., καθέμενος.

(79) Editi, μέλαν ὄν. At nostri sex mss. una voce, μελανόν· sed, nisi valde fallor, duabus vocibus legi præstat, μέλαν ὄν.

(80) Sic mss. nostri omnes Editi, τῶν ἀνθρώπων. Aliquanto post, ubi in editis legitur, παρίστησι, veteres tres libri habent, παρίστανται· alii tres, παρίσταται.

(81) Editi, ἐμπλόκιον· et ita quoque apud LXX editum invenimus: at nostri sex mss., ἐμπλόκια.

(82) Quod ait scriptor, *chlidones nomine cum voluntate convenire*, id vere a Græco dici potuisse

λέμενος (78) μέντοι καὶ ἐπικαταβαίνων τῷ στήθει, χαλαρῶν τινῶν ἀλύσειων ἀπλωρημένος, ὅς ἵνα προφαίνεται, πάντως ἀνάγκη μηδὲ τὰ περὶ τὸ στήθος εὐσχημόνως συνεστιάσθαι. Καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν. Ἔστι τινὰ καὶ χρώματα πρὸς κόσμον ταῖς γυναῖξιν ἐπιτετηδευμένα τοῦ προσώπου· λευκόν τε, καὶ ἐρυθρόν, καὶ ἕτερον μέλαν ὄν (79). Τὸ μὲν λευκότητα τοῦ σώματος καταψεύδεται· τὸ δὲ ἐρυθρόν ταῖς παρειαῖς ἐπανθεῖ· τὸ δὲ μέλαν μηνσοειδῶς τὰς ὀφρῦς τοῖς ὀφθαλμοῖς περιγράφει· ὄν καὶ αὐτὸν περιαιρήσειν ὁ Κύριος ἀπειλεῖ, ἵνα μὴ κλέπτηται, φησὶν, ἢ σωφροσύνη τῶν ἀνδρῶν (80), μηδὲ ταῖς ζωγραφίαις ταύταις ἐλεεινοὶ νεωτέρων ὀφθαλμοὶ συναρπάζονται. Ἡ τότε ἀφαιρεθήσεται ταῦτα, ὅταν γυμνὰ πάντα παρίσταται τῷ κριτῇ, ὅτε ὀφρῦς συμπεπτωκυῖα, παρειαὶ κατηφῆς, χροῶμα πελιδνόν ὑπὸ τοῦ φόβου. Ἀφαιρεῖ οὖν καὶ τὸν κόσμον ὁ Κύριος, καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου τῆς δόξης· οἶονεὶ καὶ τὴν ὕλην τὴν κοσμοῦσαν, καὶ αὐτὴν τὴν ἐκ τέχνης ἐπινοίαν. Καὶ ἐπειδὴ ἐνὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπαρθῆναι τοσοῦτον, οὐδὲ φυσιωθῆναι ἐπ' αὐτῷ, ὁμοῦ δὲ πᾶσι συγκειμένοις τὸ ἀλαζονικὸν ἐπιγίνεται φρόνημα, καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου ἀφαιρήσειν ὁ Κύριος ἀπειλεῖ. Ὅποῖος δὲ ὁ κόσμος, τοιαύτη δηλονότι καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ δόξα· σωματικὸς δὲ κόσμος, καὶ μάταιος· φθαρτὴ οὖν καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ δόξα καὶ ἀνυπόστατος.

127. Καὶ τοὺς χλιδῶνας, καὶ τὰ ψέλλια, καὶ τὰ ἔμπλόκια (81). Ὅλος μὲν ὁ κατηριθμημένος κόσμος χλιδῶσης γυναικὸς ἐστὶν ἐπιτετηδευμα, τουτέστι, τρυφῆς καὶ διακεχυμένης· ἐξαιρέτως δὲ οἱ χλιδῶνες (82) παρώνυμι ὄντες τῆς τρυφῆς, τάχα τοῖς βραχίονσι περικαίμενοι. Ψέλλια δὲ ἐστὶ τὰ τοῖς ἄκροῖς τῶν χειρῶν κατὰ τὸ προφανὲς προβαλλόμενα (83). Ἔστι δὲ ποτε καὶ ἐπὶ καλοῦ παρειακῆς τὰ ψέλλια, ὡς ὅτε τὴν ἀγίαν Ῥεβέκκην ὁ πρεσβύτερος τῆς οἰκίας κατεκόσμη. Ἔδει γὰρ μὴν μέλλουσαν συνοικεῖν τῷ πατριάρχῃ, ὑπὸ τοῦ μνηστευομένου αὐτὴν τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς προπαιδευθῆναι. Διὰ τοῦτο ψέλλιοις χρυσοῖς κατεκόσμη τὰς χεῖρας, τουτέστι πράξεισι τιμίαις. Δέκα δὲ χρυσίων (84) ὀλκή αὐτῶν· διότι ἐν δέκα κεφαλαίοις ἡ πᾶσα τήρησις, τοῦ νόμου συμπεραιουῖται. Καὶ ἐνώτια ἀνά δραχμὴν ὀλκῆς ἔχοντα· ὅτι τὴν ὑπακοὴν τῇ εἰς ἓνα Θεὸν πίστει προσῆκε κεκοσμηθῆναι. Ἐνταῦθα μέντοι περιαιρεῖται (85) τὰ ψέλλια, διὰ τὰς ἐπαρμομένας τῷ κόσμῳ

constat, cum voluptas Græce dicatur, χλιδῆ. Unde χλιδῶνες, hoc est, *brachialia, monilia*, et alia ejusdem generis, ideo sic appellabantur, quod mulieres χλιδῶσαι, seu voluptati deditæ, iis uti solebant. Subinde editi et Reg. primus, ἂ τοῖς. Alii quidam mss., τὰ τοῖς.

(83) Ita antiqui sex libri. Editi, περιβαλλόμενα. Statim editi, οἰκίας Ἀβραάμ· sed vox ultima in mss. non legitur, ob idque eam inde sustulimus.

(84) In editis et apud LXX legitur, χρυσῶν· at in nostris sex codicibus, χρυσίων.

(85) Antiqui tres libri, περιαιρεῖ, tollit armillas.

τῶν φελλίων· καθόλου ἡμῖν ἐνδεικνυμένου τοῦ λόγου, ὅτι ὁ ἐπὶ τῷ δεδυνῆσθαι τὰ κρείττονα ὑψηλοφρονήσας ἐγκαταλείπεται (86) ὑπὸ τῆς συνεχούσης αὐτὸν ἐπισκοπῆς. Τὸ δὲ ἐμπλόκιον ἔοικέ τι εἶναι συγκαταπλεκόμενον ταῖς θριξίν, εἰς τὸ τῇ παρ' ἐαυτοῦ εὐχροίᾳ διεγεῖραι τῶν τριχῶν τὴν χροάν. Καὶ μηδενὶ ταῦτα μικροπρεπῆ νομιζέσθω. Οὐ γὰρ σεμνότεροι τοῦ Πνεύματος ἡμεῖς, ὡς ἀπαξιούν τὰς ἐν τῇ Γραφῇ λέξεις διερευνᾶσθαι. Μεμαθήκαμεν γὰρ ἐν τοῖς Ἄσμασι, τῆς ἐπαινουμένης νύμφης καὶ τὸ ἐμπλόκιον σεμνυνόμενον· Κεφαλή γὰρ σου, φησὶν, ὡς ὁ Κάρμηλος, καὶ ἐμπλόκιον (87) κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα.

128. Καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τοὺς δακτυλίους. Ἐπαινετὴν μὲν τὴν χρῆσιν ἐνωτίων ἐν τῇ μνηστείᾳ τῆς Ῥεβέκκας ἐδιδάχθημεν, σύμβολον τοῦ ἀγαθὰ μέλλειν αὐτῇ διδάγματα περὶ τῆς ἐν τοῖς νοητοῖς ἀληθείας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀβραάμ γενομένη παραδοθήσεσθαι (88)· κατηγορούμενα δὲ αὐτὰ πολλαχοῦ κατειλήφαμεν. Πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ, ὅτε ἀναβαίνειν ἐμελλον εἰς Βεθὴλ, προσταχθῆναι παρὰ τοῦ Ἰακώβ τὰς γυναῖκας περιελέσθαι αὐτὰ μετὰ τῶν θεῶν τῶν ἀλλοτρίων, ὡς ἐμποδίου ὄντος ἐκ τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ τῆς τῶν ἐνωτίων χρήσεως, πρὸς τὸ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Κυρίου· Βεθὴλ γὰρ οἶκος Θεοῦ ἐρμηνεύεται. Ἐπειτα ἐν τῇ Ἐξόδῳ καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὁ Ἀαρὼν εἰς τὸ ποιῆσαι εἰδῶλον, ὡς ἐπιτηδείαν ὕλην εἰς κατασκευὴν τῶν ἀπηγορευμένων τὰ ἐνώτια ἐξελέξατο. Περιέλαντο (89) γὰρ πᾶς ὁ λαός, φησὶ τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ, τὰ ἐν τοῖς ὤσιν αὐτῶν, καὶ ἤνεγκαν πρὸς Ἀαρὼν, καὶ ἔπλασεν αὐτὰ μόσχον χωνευτόν. Ἀλλὰ καὶ Γεδεὼν ἐκ τῶν σκύλων τῶν Ἰσραηλιτικῶν λαθῶν τὰ ἐνώτια παρὰ τοῦ λαοῦ, Ἐποίησεν αὐτὰ εἰς Ἐφοῦδ, καὶ ἔστησεν αὐτὸ (90) ἐν τῇ πόλει. Καὶ ἐξεπόρνευσε πᾶς Ἰσραὴλ ὀπίσω αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ ἐγένετο τῷ Γεδεὼν καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ εἰς σκάνδαλον. Καὶ ταῦτα νῦν τὰ ἐνώτια διὰ τὸ συνεπαίρειν τὸ φρόνημα τῶν θυγατέρων Σιῶν διαβέβληται. Καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα. Τὸν ἐν τῇ ἐσθῆτι κόσμον τῶν καλλωπιζομένων γυναικῶν ὡς περιεργον διαβάλλει, πορφύραν ποτὲ μὲν κατὰ τὰ ἄκρα παρυφαινότων, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ μέσον αὐτῆν ἐντιθέντων. Δόλου δὲ σύμβολον ἢ πορφύρα τὴν κατὰ φύσιν χροάν ἐπικαλύπτουσα, καὶ τὸ οἰκτεῖον ἄνθος προφαίνουσα, κατὰ τοὺς ἐν ἐπιφανείᾳ φαιδρούς, ἐν δὲ τῷ βάθει τὸ κακὸν συσκιάζοντας. Ὅπερ κἂν τὰ ἄκρα τοῦ βίου, κἂν τὸ μέσον ἐπέχη (91), φευκτόν. Διόπερ καὶ τὰ περιπόρφυρα παρατεῖται ὁ λόγος.

adimuntur armillæ, 468 propterea quod gloriarentur de earum ornatu. Uno verbo hisce verbis edocemur eum, qui ob præstantiores quibus dotatus est facultates effertur, a custodia se conservante destitui. Videtur autem *reticulum* ornatus quidem fuisse capillis intertextus, ut eximio suo colore capillis colorem excitaret. Hæc autem parvipendat nemo. Nos enim non sumus Spiritu sancto graviore, ut voces in Scriptura positas perscrutari fastidiamus. Didicimus enim in Canticis, *reticulum quoque sponsæ, quæ laudabatur, commendatum fuisse: Nam caput tuum, inquit, sicut Carmelus, et reticulum capitis tui in purpura* 58.

128. VERS. 20. *Et inaures, et annulos.* Novimus quidem inaurium usum in Rebeccæ sponsalibus fuisse laudatum. Quod erat argumento documenta eidem domum Abrahæ ingressæ de rerum spiritualium veritate tradenda esse. At inaures fuisse sæpe condemnatas deprehendimus. Primo quidem id ex hoc liquet, quod cum mulieres essent ascensuræ in Bethel, eas jussit Jacob inaures una cum diis alienis ablegare 59. Nam idololatria et inaurium usus erant impedimento, ne ascenderent in domum Domini: quippe si Bethel interpreteris, sonat *domum Dei*. Deinde Aaron in Exodo populi seditione ad conflandum idolum adactus, inaures tanquam materiam faciendis rebus prohibitis idoneam delegit. *Abstulerunt enim, inquit, omnis populus inaures aureas quæ in auribus earum erant, et attulerunt ad Aaron, et formavit illas vitulum fusilem* 60. Quin et Gedeon postquam ex Ismaelitarum spoliis inaures a populo accepit, *Fecit eas in Ephud, et statuit illud in civitate. Et fornicatus est omnis Israel post illud illic, et factum est Gedeoni et domui ejus in scandalum* 61. Atque inaures istæ nunc dantur crimini, quod animus filiarum Sion inde efferretur. VERS. 21. *Et prætextas, et vestes ex media parte purpureas.* Vestium ornamentum quod a mulieribus gloriam ex his aucupantibus adhibetur, tanquam superfluum perstringit. Aliquando quidem illæ purpuram attexebant ad extremum, aliquando vero parti mediæ eam inserebant. Cæterum doli fallaciæque figura purpura est quæ nativum colorem tegat, proprium vero florem in medium proferat, haud aliter atque illi, qui in speciem læta sunt fronte, intus vero malum occultant. Quod sane fugiendum est sive extremum vitæ, sive medium occupet. Quare et *prætextas purpureas* Scriptura rejicit.

58 Cant. vii, 5. 59 Gen. xxxv, 4. 60 Exod. xxxii, 3, 4. 61 Judic. viii, 27.

(86) Codices aliquot, ἐγκαταλέλειπται.

(87) Apud LXX pro ἐμπλόκιον legitur πλόκιον, *Et plexus capitis tui*.

(88) Nostra editio et Reg. primus, παραδοθήσεται, haud emendate. Alii quatuor mss., præter Combesianum, παραδοθήσεσθαι. Ibidem pro αὐτοῦ e multis mss. edi oportuerat, αὐτά.

(89) Veteres quatuor libri, περιέλαντο. Editi cum duobus aliis mss., περιέλοντο. Statim nostri

sex mss., ἔπλασαν αὐτά, *formarunt*. Editi non secus ac LXX, ἔπλασεν, *formavit*. Subinde quidam mss., τῶν Ἰσραηλιτῶν. Alii et editi, τῶν Ἰσραηλιτικῶν.

(90) Editi et Reg. secundus, αὐτῷ. Codex. Fr. 1, αὐτά. Alter Combesii Codex et alii tres, αὐτό.

(91) Editi et Reg. primus, ἀπέχη. Alii quatuor, ἐπέχη.

129. VERS. 22. *Et indumenta quæ sunt per domum, A et pellucida Laconica.* Immodicam luxus deliciarum-que copiam declarat hæc sententia, dum ait recondita domi indumenta præ nimia tenuitate esse pellucida. Sumptus enim ad ostentationem factus pro scopo gratiam hominum ac benevolentiam sibi proponit. Cum autem quis etiam nemine spectante, privatim domi degens, pellucidis 469 vestibus amicitur, id rerum nostro usui concessarum ab-usum perquam immodicum esse ostendit. Itaque indumenta Lacænarum imitabantur, quæ cum intersaltandum plane nudari nolint, tanquam id sit indecorum, lineam vestem quam tenuissime contextam induunt, perquam objiciant spectanda quæ virorum oculis non conspici oportebat. VERS. 23. *Et byssina, et hyacinthino, et byssum, cum auro et hyacintho B intertexta.* Jam vero immodestam vitam agentes et præ immodico luxu sanctis insultantes filię Sion, etiam vestem circumferebant similitudine ad indumentum sacerdotale accedentem⁶²: vestimenta scilicet byssina et hyacinthina gerebant, qualibus ceu symbolis elementorum ex quibus omnia constant, induti sacerdotes, introibant in sancta seorsum, Deo pro mundo supplicaturi. Byssus quidem pro terra, hyacinthus pro aere, purpura pro aqua, coccinum pro igne ponitur. Hæ autem mulieres harumce rerum ornatu non contentæ, ad varietatem efficiendam et ad majorem ostendendam magnificentiam, aurum cum iis contexuerunt. *Et theristra accubitoria.* Theristrum videtur esse indumentum æstivum, ita ut et tegere videretur, nec tamen in æstu gravaret: quemadmodum et in Genesi didicimus C Rebeccam obviam Isaac euntem, theristro fuisse indutam⁶³. Quæ autem nunc Scriptura vituperat, vocantur theristra, quæ videlicet ad discumbendum præ nimio voluptatis studio lectis insternebantur. Sed dictionem hanc, *cataclita*, ne reddidere quidem interpretes alii. Quapropter tanquam quæ nullum sensum exhiberet, notata obelo est.

130. VERS. 24. *Et erit pro odore suavi pulvis: et pro zona funiculo cingeris, et pro ornatu capitis aureo calvitium habebis propter opera tua.* Pars voluptatis suavitas est odorum, quandoquidem incensis quibusdam unguentis inficiunt aerem, suavemque sibi halitum reddunt. His igitur mulieribus voluptate perfusis et odorem jucundum olfactui accersentibus, ab eo qui minas intentat, pulvis retribuetur. Pulvis D

⁶² Exod. xxviii, 5. ⁶³ Gen. xxxviii, 14.

(92) Sic in quinque mss. et in editione Romana legitur. Additur αὐτοῦ in editis et in Reg. primo post vocem οἴκλου.

(93) Nostri sex mss., τῶν Λακωνίων. Hinc suspicari quispiam possit, Tilmannum de suo edidisse, Λακωνίων· cum tamen Lacænae Græce potius dicantur Λακωνίδες. Hoc ipso in loco editi et Reg. primus, ἃ κατὰ. Alii quinque mss., αἱ κατὰ, recte.

(94) Antiqui sex libri, αὐτῶν. Editi, ἐαυτῶν.

(95) Codex Fr. 1 et editi, ἐκεῖνα, male. Alii quinque mss. præter Henricianum et Anglicum, ἐκεῖνοι,

129. Καὶ τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατὰ τὴν οἴκλου (92), καὶ τὰ διαφανῆ Λακωνικά. Ὑπερβολὴν ἀσωτίας καὶ τρυφῆς ἀφειδοῦς ὁ λόγος ἐμφαίνει, τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατ' οἶκον διαφανῆ λέγων εἶναι τῇ ὑπερβολῇ τῆς λεπτότητος. Τὸ γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν δάπανηρόν, ἔχει σκοπὸν τὴν ἀνθρωπαρέσκεϊον· τὸ δὲ καὶ μηδεὸς ὀρώντος ἐφ' ἑαυτοῦ διάγοντα κατὰ τὴν οἴκλου διαφανῆ περιβάλλεσθαι, πᾶσαν ὑπερβολὴν παραχρῆσεως τῶν πρὸς χρῆσιν συγκεχωρημένων ἡμῖν ἐπιδείκνυται· ὥστε μιμεῖσθαι τὰ τῶν Λακωνίων (93) ἐπιβλήματα αἱ κατὰ τὴν ὄρχησιν τὸ φανερώς γυμνοῦσθαι ὡς ἀσεμνον παραιτούμεναι, ὑπερβάλλουσαν λεπτότητι λινῆν ἐσθῆτα περιβαλλόμεναι, δι' αὐτῆς φαίνουσιν ἃ κρύπτειν ἔδει τὰς τῶν ἀρρένων ὄψεις. Καὶ τὰ βύσσινά, καὶ τὰ ὑακίνθινα, καὶ τὴν βύσσον σὺν χρυσοῦ καὶ ὑακίνθω συγκαθυφασμένα. "Ἡδὲ καὶ τῆς ἱερατικῆς ἐσθῆτος μιμήματα, ἐν τῇ ἀσέμνω αὐτῶν (94) ζωῇ δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ἐμπαρονοῦσαι τοῖς ἁγίοις, αἱ θυγατέρες τῆς Σιών περιφέρουσι, βύσσινά καὶ ὑακίνθινα, ὅποια ἐκεῖνοι (95) σύμβολα τῶν στοιχείων περιβαλλόμενοι, ἐξ ὧν τὰ πάντα συνέστηκεν, εἰσήεσαν εἰς τὰ ἅγια δι' ἑαυτῶν, ὑπὲρ τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. Βύσσος μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς γῆς· ἡ δὲ ὑακίνθος ἀντὶ τοῦ ἀέρος· καὶ πορφύρα ἀντὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τὸ κόκκινον ἀντὶ τοῦ πυρός· αἱ δὲ οὐκ ἐξαρκούμενοι (96) τῶ ἐξ αὐτῶν κόσμῳ, καὶ χρυσοῦ αὐτοῖς συγκαθύφαινον, ὑπὲρ ποικιλίας καὶ πολυτελείας πλείονος. Καὶ θέριστρα κατάκλιτα (97). "Ἔοικε τὸ θέριστρον ἐπιβλημα εἶναι θερινόν· ὡς καὶ περιβάλλειν δοκεῖν, καὶ μὴ βαρύνειν ἐν τῷ κάσῳ· ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει μεμαθήκαμεν τὴν Ῥεβέκκην ἐν τῇ συναντήσει τοῦ Ἰσαὰκ περιβαλλομένην τὸ θέριστρον. "Α δὲ νῦν διαβάλλει ὁ λόγος, θέριστρα λέγεται, τὰ ἐν τῷ κατακλίεσθαι δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ταῖς κλίνας ἐπιβαλλόμενα. Καί τοι τὸ, κατάκλιτα, οὐδὲ ἐκδεδώκασιν οἱ λοιποί. Διὸ καὶ ὠβέλιστα, ὡς οὐδένα νοῦν ἐμφαίνον.

130. Καὶ ἔσται ἀντὶ ἐσμῆς ἡδεΐας, κονιορτός· καὶ ἀντὶ ζώνης, σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσοῦ (98), φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου. Μέρος τρυφῆς ἐστὶ καὶ τὸ ἐν ταῖς ὀσμάτις ἡδὺ, φαρμάκοις τισὶν ἐκθυμιωμένοις καταφαρμακευόντων τὸν ἄερα, καὶ ἡδεΐαν ἑαυτοῖς μηχανωμένων ἀναπνοῆν. Ταῖς οὖν διακεχυμέναις ἐφ' ἡδονῆς, καὶ ὀσμὴν ἡδεΐαν μηχανωμέναις τῇ ὀσφρῆ-

bene. Lege Ducæum.

(96) Ita libri antiqui omnes. Editi, ἀρκούμεναι.

(97) Notat Ducæus, interpretem, quod in Bibliis Plantinianis et Germanicis legisset, θέριστρα κατάκλειστα, vertisse, *theristra clausa*: sed optime judicavit Ducæus e suis codicibus legi oportere, θέριστρα κατάκλιτα, *theristra accubitoria*. Judicium viri eruditissimi adjuvat, quod ita quoque in aliis quatuor mss. legatur.

(98) Editi libri, τοῦ χρυσοῦ. At sex mss. et editio Romana, τοῦ χρυσοῦ.

σει, κονιορτός ἀντιδοθήσεται (99) ὑπὸ τοῦ ἀπειλοῦν-
τος. Λεπτὴ δὲ ἐστὶ γῆ ἢ κόνις, ἀναπεποιημένη πρὸς
τὸν ἀέρα, δυσκολίαν τινὰ περὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ
ἀηδῖαν πολλὴν ἐμπονοῦσα διὰ τὴν ἔμφραξιν. Μύροις
μὲν γὰρ καὶ θυμιάμασιν ἐπιτέρπεται ἡ ψυχὴ (1),
ἀλλὰ μύροις τοῖς πνευματικοῖς· ὁποῖος ἦν ὁ λέγων·
Χριστοῦ εὐωδία ἴσμεν· καὶ, Χάρις τῷ Θεῷ τῷ
τὴν ὁσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι ἐν
παντὶ τόπῳ. Τοιαύτης ἀντελαμβάνετο ὁσμῆς ἀπο-
πνεύσεως τοῦ Ἰακώβ ὁ πατὴρ Ἰσαάκ· Ἴδοὺ ὁσμὴ
τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὁσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ἐν εὐλό-
γησε (2) Κύριος. Καὶ αἱ ἐν τῷ Ἄσματι δὲ νεάνιδες
αἰσθόμεναι τῆς οὐρανόθεν εὐωδίας τοῦ Λόγου, ἔλεγον·
Εἰς ὁσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. Καὶ τὸ ἀρχιερα-
τικὸν δὲ χρίσμα μύρον ἦν καλὸν καὶ τερπνόν, ἀδελ-
φῶν συναφεία παρεικάζεσθαι ἄξιον. Τὸ τοιοῦτον μύ-
ρον τεχνίτου δεῖται, ἀπὸ Θεοῦ λαβόντος τὴν μυρεψι-
κὴν τέχνην, εἰς τὸ ποιῆσαι χρίσμα ἅγιον, ὃ οὐκ
ἀναδύσεται εἰς σάρκα ἀνθρώπου. Ὅταν μέντοι πρὸς
ἀκολασίαν τὸ ἡδὺ τῆς ὁσμῆς ἐπιτηδεύηται, ἐμφράσ-
σεται ὑπὸ τοῦ κονιορτοῦ ὁ πόρος τῆς αἰσθήσεως,
εὐεργετοῦντος τοῦ ταῦτα αὐτοῖς οἰκονομοῦντος Κυρίου.
Τάχα δὲ ἐπεὶ ἐν τῷ ναῷ ἦν τὰ ἡδύσματα τῆς ὁσμῆς,
τὸ τε μύρον τῆς χρίσεως, καὶ τὸ θυμίαμα τῆς συν-
θέσεως· κανεβρίφη δὲ ὁ ναὸς, καὶ ἐστὶ νῦν ἐν κόνιᾳ,
ἀνατραπείς καὶ κάτω κείμενος, ἀντὶ τῆς ποτε ὁσμῆς
τῆς ἡδεΐας κατὰ τὴν νομικὴν λατρείαν, νῦν (3) κονι-
ορτός ἐστι διὰ τὰς πορευθείσας ὑψηλῶ καὶ ἀνυπο-
τάκτῳ τραχίλῳ ψυχᾶς· οἷς καὶ εἴρηται. Ἴδοὺ ἀφίε-
ται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Ἐξέστι μέντοι αὐ-
ταῖς, ἐὰν βούλωνται, ἐκτιναξαμένας τὸν χοῦν,
ἀναπλησθῆναι τῆς εὐωδίας Χριστοῦ κατὰ τὴν παραί-
νεσιν τοῦ λέγοντος· Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν σου, καὶ
βραχίονός σου.

131. Καὶ ἀντὶ ζώνης σχοινίῳ ζώσῃ. Ζώννυται μὲν
τὴν ὁσφύν ἐν ἀληθείᾳ ὁ κατὰ Θεὸν ζωννόμενος. Ὅποῖος
ἦν ὁ Πέτρος, ἐκτείνων τὰς χεῖρας, καὶ ζωννόμενος
εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ πόλεμον ὑπὸ τῶν εἰς τὸ ὑπὲρ
τῆς ἀληθείας αὐτὸν μαρτύριον μέχρι θανάτου προ-
καλουμένων. Ὁ μὲν οὖν ἅγιος περιζώννυται δόνα-
μιν. Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ὁ περιζωννύων με δό-
ναμιν· ὁ δὲ ἀπολέσας τὴν ζώνην ταύτην, τῷ δε-
σμῷ τῶν ἰδίων ἀμαρτιῶν ζώννυται· διότι Σειραῖς
τῶν ἰδίων ἀμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Ἴν σὺμ-
βολὸν ἦν τὸ ἐκ σχοινίων φραγέλλιον, ἐξελαῦνον τοῦ
ἱεροῦ τοὺς βεβηλοῦντας τὰ ἅγια, δεικνύντος τοῦ Κυ-
ρίου, ὅτι ἐκάστη μᾶστιγες αἱ οἰκείαι πλοκαὶ τῶν
ἀμαρτιῶν γίνονται, καὶ μαστίζεται σχοινίοις ἀμαρ-
τιῶν τοῖς περιπλεκομένοις αὐτῷ· Ἀντὶ δὲ τοῦ κό-
σμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσοῦ (4), φαλάκρωμα

A autem est tenuis terra, aeri commista, quæ dum
meatus obstruit, quamdam respirandi difficultatem
et molestiam multam creat. Et quidem unguentis ac
suffitu delectatur anima, sed unguentis spiritualibus;
cujusmodi erat qui dicebat: *Christi bonus odor su-
mus* ⁶⁴. Et, *Gratia Deo qui odorem notitiæ suæ ma-
nifestat in omni loco* ⁶⁵. Odore ejusmodi fragrante
Isaac Jacobi pater recreabatur: *Ecce odor filii mei,
sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus* ⁶⁶. Quin
et in Cantico adolescentulæ cœlestem gratumque
Verbi odorem sentientes, dicebant: *In odorem un-
guentorum tuorum curremus* ⁶⁷. Sed et pontificium
chrisma unguentum erat bonum et oblectans ⁶⁸, di-
gnum quod fratrum concordie compararetur ⁶⁹.
Ejusmodi unguentum **470** indiget artifice, qui ac-
cipiat a Deo artem unguentariam, ut chrisma sanctum
conficiat, quod in carnem hominis nequaquam
ascendet ⁷⁰. Quando igitur suavitas odoris instigat
ad libidinem, meatus sensui inserviens oppilatur
pulvere, quod fit Domini hæc eis largientis benefi-
cio. Fortasse autem, quod in templo erant odorum
condimenta, unctionis videlicet unguentum, et com-
positionis thymiama; dirutum autem est templum,
jacetque nunc in pulvere, eversum et humi dejectum,
pro grato odore juxta legalem cultum olim fragrante
nunc pulvis est, ob eas animas, quæ erecto et in-
tractabili collo ambulavere, quibus dictum est:
Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta ⁷¹. At-
tamen si voluerint, licet eis, excusso pulvere, suavi
Christi odore compleri, secundum admonitionem
ejus qui dicit: *Excute pulverem tuum, et surge, Je-
rusalem, et induere gloriam brachii tui* ⁷².

ἀνάστηθι, Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔνδυσαι τὴν δόξαν τοῦ
131. *Et pro zona funiculo cingaris*. Qui quidem
secundum Deum cinctus est, ejus lumbus in veritate
cingitur. Ejusmodi erat Petrus, qui expandebat
manus, et ad bellum pro Christo sustinendum ab iis
accingebatur, qui eum ad mortem usque causa te-
stimonii veritatis provocabant. Sanctus itaque cir-
cumcingitur virtute: *Deus enim, inquit, qui circum-
cingit me virtute* ⁷³; at zonam hanc perdidit, cingitur
vinculo peccatorum suorum, quod *Catenis peccato-
rum suorum unusquisque constringitur* ⁷⁴. Quorum
diliكتور symbolum erat flagellum illud e funi-
culis contextum, quo expulsi sunt e templo ii qui
sancta profanabant ⁷⁵. Ostendebat enim Dominus
propriis peccatorum nexus ceu flagella unicuique
inesse, et suis quemque peccatorum funiculis se
circumplectentibus flagellari. *Pro ornatu autem ca-*

⁶⁴ II Cor. II, 15. ⁶⁵ ibid. 14. ⁶⁶ Gen. xxvii, 27. ⁶⁷ Cant. I, 3. ⁶⁸ Exod. xxx, 25. ⁶⁹ Psal. cxxxii, 1, 2.
⁷⁰ Exod. xxx, 32. ⁷¹ Luc. xii, 35. ⁷² Isa. lii, 2. ⁷³ Psal. xvii, 33. ⁷⁴ Prov. v, 22. ⁷⁵ Joan. ii, 15.

(99) Ita nostri sex libri antiqui. Editi vero, ἀντ-
αποδοθήσεται.

(1) Veteres aliquot libri, ἡ ψυχὴ. Deerat articu-
lus in vulgatis.

(2) Editi, εὐλόγησεν ὁ· at articulus in nostris sex
mss. non legitur. Ibidem quinque mss., καὶ αἱ ἐν.
Editi et Reg. primus, καὶ ἐν. Rursus hoc ipso

in loco sex mss. νεάνιδες αἰσθόμεναι. Editi, αἰσθα-
νόμεναι.

(3) Voculam νῦν ex nostris sex mss. addidimus.
Nec ita multo infra vulgati libri, εἴρηται τό. At in
mss. omnibus deest τό.

(4) Editi, χρυσοῦ. At mss. quinque; χρυσοῦ.

pitis aureo, calvitium habebis propter opera tua. A Quemadmodum illæ præ nimia rerum ad odoratum attinentium sollicitudine requirentes quæ erant præter naturam, ab his quæ ex natura sunt, exciderunt; haud enim aeris simplicis aspiratione contentæ, sed unguentis suffimentisque eum imbuentes, postmodum ne aerem quidem purum, sed pulverem permistum spiritu duxerunt: hunc ad modum propterea quod in nativo capillorum ornatu, mulieribus pro velamine dato ⁷⁶, non permansere, sed reticulis quibusdam capillos implicantes, ad fastidium usque se ipsæ adornabant, ornamento etiam naturali spoliatae sunt, atque amissis crinibus (quo ornatu ceu proprio nativoque ab ipsa natura vestitæ mulieres sunt) eadem factæ sunt spectaculum fœdissimum. Etenim, si fœdum est mulieri tonderi aut radi ⁷⁷: quanto utique fœdias fuerit ipsam deturpari calvitio, quod tamen eis quæ sua venustate male utuntur, deformitatem utiliter inducit? *Pro tunica autem clavatae purpuræ circumcingeris sacco.* Id quoque sancit Dominus in commodum earum quæ **47** suum decorem ostentant, hancque fieri jubet permutationem. Quandoquidem vestis purpurea mollitiei et jactantiæ materia est et occasio: saccus vero contritionis humilitatisque comparandæ facultatem præbet. Et qui purpura indutus est, abjicere se in terram, Deumque adorare fastidit, cavetque ornatui, ne scilicet vestis suæ color deformetur: qui vero amictus est sacco, omnem locum sibi ad adorandum idoneum esse ducit.

132. VERS. 25. *Et filius tuus pulcherrimus, quem dilexisti, gladio cadet.* Præstiterit iis, qui pravis moribus essent informandi, præripi mortis ante adolescentiam quam diutius educatione mala a parentibus imbui. Habebas igitur filium, aut corpore pulcherrimum, aut qui maternis oculis talis esse videretur. Hic in ipsa juventute et in ætatis flore morietur. Et hinc malum augetur, quod nequaquam morte sponte proveniente, aut naturali, sed violenta sublatus e medio est, utpote per manum hostilem gladio sauciatus. *Et fortes vestri gladio cadent.* Et hæc dum patietur, ne ulciscendi quidem facultas ei suppetet. Nam ulcisci interfectos, eisque qui mærorem conficiunt, vices rependere, in malis solatium est. At ne hoc quidem penes te erit. Qui enim ætate vigent, morituri sunt in bello omnes, adeo ut relinquenda sit ætas inutilis sola et imbellis, quæ cum auxilio sit destituta, ad omnia mala toleranda valde est exposita, quæ ei inferre visum fuerit hostibus. VERS. 26. *Es humiliabuntur et tugebunt thecæ ornatus vestri.* Thecæ auri et argenti, vestisque sumptuosæ et pre-

⁷⁶ I Cor. xi, 15. ⁷⁷ ibid. 6.

(5) Antiqui duo libri, ἐπέμειναν. Ibidem duo mss., ἐν πλοκίοις. Alii duo mss. cum editis unica voce, ἐμπλοκίοις, bene.

(6) Reg. quartus, τὸ κείρασθαι.

(7) Reg. quartus, ἀίσχροις: sed in ora illius ipsius libri legitur, μοχθηροῖς.

(8) Veteres quidam libri, ἀντιπεριβαλεῖν.

142. VERS. 2. *Et sepem circumposui, et vallavi, et plantavi vineam Sorech : et ædificavi turrin in medio ejus, et protorcular fodi in ea.* Non admodum cum natura rerum cohæret sententiæ series. Prius enim plantatur vinea, quam valletur : siquidem pedamenta viti sunt auxilio, ad fructus e terra erigendos. Cæteroqui numquid agricola providus, ubi omnia ad primum apparatus attinentia adornavit, tum demum plantare aggreditur? Quocirca primo circumsepit, deinde vallat, postea plantat vineam non qualemcunque, sed *Sorech*, quam vocem Symmachus interpretatur *Electam*. Quænam est igitur sepes, nisi illa utique præcepta quæ ante dedit populo²², quam eum in terram possidendam induceret? Deinde eis a Deo tradita facultas est, qua superarent hostes, ac gentes, quæ illic prius habitaverant, penitus tollerent²³. Quod ipsum vallos appellavit, quod hos **479** sublimes efficerent ac conspicuos, fructus levantes ne caderent, et ne ullo modo ad prædam essent expositi. Secundum hoc sequitur plantatio electorum, utpote qui prodierint ex semine Abraham, Isaac et Jacob, electorum Dei. Turris autem in medio vineæ ædificata, utique est templum in media Judæa collocatum : protorcular vero ipsa est Judæorum synagoga : quandoquidem torcular proprie dicitur Dei Ecclesia, ex cœtu undelibet convocato adornata, cujus gratia Psaltes epilenia cantica cecinit. Quin etiam protorcular²⁴, præparatio est per legem exhibita, et antecedens quædam pietatis exercitatio. Et quidem torcular est, quatenus adducit ad unitatem : protorcular vero, quatenus præparat ad perfectiora. *Expectavi ut faceret uvam : fecit autem spinas.* Conveniebat plantationi huic electæ, tantaque cura exultæ, ut dulces ederet fructus. Enimvero ab Abrahæ filiis Abrahæ opera repetuntur²⁵. Sed pro expectata uva spinas fecit; hoc est, cum exhilarare et recreare debuisset eos qui accedunt, eosdem pungero, lancinare ac cruentare parata est. Quem enim prophetarum non occiderunt, juxta evangelicam parabolam²⁶? Meo quidem judicio non accusantur solum quod spinas fecerint per suam ad cædem proclivitatem, sed quod Deum amare desinentes, voluptatem magis amavere, ac vitæ hujus curis tanquam spinis animum suffocarint²⁷. Quemadmodum

²² Exod. xx, seqq. ²³ Num. xxi, 23. ²⁴ Psal. viii, 1; lxxx, 1. ²⁵ Joan. viii, 39. ²⁶ Matth. xxiii, 37. ²⁷ Luc. viii, 14.

(59) Admonere abs re non fuerit, verbum χαράκωσαι hoc loco sumi pro eo quod est, palis, seu, pedamentis firmioribus vineam alligare. Lege Combesium.

(60) Jure optimo reprehendit Ducæus Tilmannum, qui cum vertere debuisset, in terram possessionis, verterat tamen, in terram promissionis. Et vero vox κατάσχεσις possessionem, non promissionem, significat; nec aliter hoc vocabulum redditur Psalmo ii,

8 : *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.*

(61) Editi, παντὶ, cuivis. At nostri quinque mss., πάντῃ, omnino.

(62) Reg. quartus, δῆλον ἐστι.

(63) Epilenia cantica ea sunt, quæ inter premedas uvas cani solerent.

(64) Veteres quinque libri, ἔτοιμος. Editi, ἔτοιμον.

autem spina non fert uvam, ita nec sarmentum spinas producit. Eam ob rem ait Dominus: *Numquid colligunt de spinis uvas*²⁸? Judæi tamen pro uvis proferunt spinas.

143. VERS. 3. *Et nunc, homo Juda, et habitatores Jerusalem, judicate inter me et inter vineam meam.* Si Domini vinea domus Israel est, et homo Juda novella planta dilecta; quomodo coram vinea adversus vineam lis intenditur? Numquid vult Scriptura ob evidentiam objurgationum atque perspicuitatem, eos adversum se ipsos adhibere judices? Fecit et hoc Nathan adversum David tum, cum eum constituit propriæ iniquitatis judicem²⁹. Illud autem summam ostendit benignitatem, quod Deus cum famulis suis pari conditione in judicium venit. Quin et simul hinc demonstratur justitia, quod qui condemnantur, juris evidentiae ac perspicuitati contradicere non possint. *Judicate, inquit, inter me et vineam meam.* Et dicite quid factum non sit eorum, quæ huic conducere poterant ad proferendos fructus? VERS. 4. *Quid enim, inquit, faciam vineæ meæ, et non feci ei?* Quid non præstiti eorum, quæ mihi ad eam curandam facere me decebat? Nonne pinguis locus est, idemque munitissimus? nonne sepes, nonne valli, annon plantatio perquam eximia, annon turris, annon protorecular adhibita sunt? nonne factum est quidquid quis in medium potest proferre? Cæterum putandum **480** est Scripturam hæc adversum nos etiam dicere: qui ad edendos justitiæ fructus³⁰ vocati, incidimus præ nimio divitiarum studio in tentationem laqueumque et insulas atque noxias cupiditates, quæ demergunt homines in exitium et interitum³¹. *Expectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas.* Operæ pretium fuit eandem repetere sententiam. Etenim qui superiore loco pronuntiabat canticum, dicebat: *Expectavi ut faceret uvam*: hic vero eos alloquitur coram quibus judicatur: *Judicate inter me et inter vineam meam.* Nimirum. Ferte judicium de hoc, *Expectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas.*

144. VERS. 5. *Nunc autem annuntiabo vobis quia faciam vineæ meæ.* Proprium est ejus quod Deus in homines habet studii, nequaquam silentio pœnas irrogare, sed eas prænuntiare, utpote qui per minas peccatores provocet ad penitentiam: qua agendi ratione usus est erga Ninivitas Jonæ opera³². Nec ta-

²⁸ Matth. vii, 16. ²⁹ II Reg. xii, 5. ³⁰ Jac. iii, 18.

(65) Sic mss. nonnulli. At editi, δὴ.

(66) Veteres quinque libri, ἰσότημον. Editi, ὁμότιμον, eadem plane sententia. Mox editi, ὡς οὐδὲ τῶν. Reg. secundus et duo Colbertini, ὡς οὐδὲ οὐδὲν τῶν. Alii tres mss., ὡς οὐδὲν τῶν.

(67) Ait Combefisius, Basilium sine dubio scripsisse, τῇ ἐπεργασίᾳ, *executioni juris*, non τῇ εὐεργεσίᾳ, uti in libris prius editis legitur. In quo mirari subit, homini cæteroque doctissimo sua ita placuisse, ut lectionem comminisceretur, cum ei in suis codicibus esset ad manum lectio alia, ex qua

τὸν νοῦν συνεπνίγοντο. Ὡσπερ δὲ (65) ἄκανθα σταφυλὴν οὐ φέρει, οὕτως οὐδὲ κληματὶς ἀκάνθας. Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος, Μήτι συλλέγουσι, φησὶν, ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλάς; Ἄλλ' ὁμως οἱ Ἰουδαῖοι ποιοῦσιν ἀντὶ σταφυλῶν ἀκάνθας.

143. Καὶ νῦν, ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Ἰερουσαλήμ, κρίνατε ἐν ἐμοὶ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου. Εἰ ὁ ἀμπελῶν τοῦ Κυρίου οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστὶ, καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα νεόφυτον ἡγαπημένον· πῶς ἐπὶ τοῦ ἀμπελῶνος δικάζεται κατὰ τοῦ ἀμπελῶνος; Ἡ διὰ τὸ ἀναντίρρητον τῶν ἐλέγχων αὐτοῖς βούλεται καθ' ἑαυτῶν δικασταῖς ὁ λόγος χρῆσασθαι; Ὁ καὶ ὁ Νάθαν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ἐποίησεν, αὐτὸν δικαστὴν καθίσας τοῦ ἰδίου ἀδικήματος. Τὴν δὲ ὑπερβολὴν τῆς φιλάνθρωπίας συνίστησι τὸ εἰς ἰσότημον (66) κρίσιν τὸν Θεὸν τοῖς ἑαυτοῦ οἰκέταις συγκαταβαίνειν. Ὁμοῦ δὲ καὶ τοῦ δικαίου ἀπόδειξιν ἔχει, ὡς οὐδὲ οὐδὲν τῶν καταδικαζομένων ἐχόντων ἀντιλέγειν τῇ ἐναργείᾳ τοῦ δικαίου (67). Κρίνατε, φησὶ, μεταξὺ ἐμοῦ καὶ τοῦ ἀμπελῶνός μου. Καὶ εἶπατε, τί τῶν πρὸς καρπογονίαν αὐτῷ συντελούντων οὐχὶ γεγένηται; Τί γάρ, φησὶ, ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ οὐκ ἐποίησα αὐτῷ; Τί τῶν ἐπιβαλλόντων μοι περὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπιμελείας οὐχὶ πεποίηκα; Οὐ τόπος πίων καὶ καρτερὸς ὁ αὐτός; οὐ φρογμός; οὐ χάρακες; οὐ φυτεία εὐγενεστάτη; οὐ πύργος, οὐ προλήνιον; οὐχ ὅτι ἂν εἶπη τις; Ταῦτα μέντοι γε νομιστέον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ πρὸς ἡμᾶς· οἱ κληθέντες ἐπὶ τῷ ποιεῖν τοὺς καρποὺς τῆς δικαιοσύνης, ὑπὸ φιλοπλουτίας ἐμπίπτομεν εἰς πειρασμόν, καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. Ἐχει τι ἀναγκαῖον ἢ ταυτολογία. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄνω ὁ τὴν ψδὴν ἐπαγγέλλων ἐλεγεν, Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν· ἐνταῦθα δὲ πρὸς τοὺς, ἐφ' ὧν κρίνεται, ποιεῖται (68) τοὺς λόγους· Κρίνατε ἐν ἐμοὶ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου· τὸ, Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας.

144. Νῦν δὲ ἀναγγελῶ ὑμῖν τί ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἴδιον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλάνθρωπίας, τὸ μὴ σιωπῆ τὰς κολάσεις ἐπάγειν, ἀλλὰ προκηρύσσειν διὰ τῶν ἀπειλῶν προκαλουμένου εἰς μετάνοιαν τοὺς ἡμαρτηκότας· ὡς πεποίηκε Νινευίταις διὰ τοῦ Ἰωνᾶ. Καὶ τῷ Ἰσραὴλ ἡμαρτηκότι οὐ σιωπῆ ἐπήγαγε τὸν ἀφανισμόν, ἀλλὰ κινῶν εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἰκσαίαν

³¹ I Tim. vi, 9. ³² Jon. iii, 4.

eadem plane sententia effici posset. Nam in Regiis primo et tertio, quos is, quem dixi, vir eruditissimus contulit, ita scriptum reperitur, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ δικαίου, *juris executioni, juris actioni*. Quid jam sentiam ipse, paucis aperiam. Censeo igitur ex Reg. quarto et ex utroque Colbertino legendum esse, τῇ ἐναργείᾳ τοῦ δικαίου, *juris evidentiae atque perspicuitati*. Quæ scriptura ita apta mihi videtur et huic loco conveniens, ut quemquam, qui eam improbet, repertum iri non putem.

(68) Nostri sex mss., ποιεῖται. Editi, ποιεῖ.

τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα, προεκήρυσσε, λέγων· Καὶ νῦν ἄφες με, καὶ (69) ἐξαλείψω τὸν λαὸν τοῦτον. Παραπλησίως δέ τι καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῆς κατὰ τὴν συκῆν παραβολῆς μεμαθήκαμεν, τοῦ δεσπότης αὐτῆς λέγοντος τῷ γεωργῷ· Ἴδου τρία ἔτη ἔρχομαι ἐπὶ τὴν συκῆν, ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρισκω (70). Ἐκκοφον αὐτήν. Ἴνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ἐρεθίζων μὲν τὸν γεωργὸν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπιμέλειαν, διεγείρων δὲ τὴν ἄκαρπον ψυχὴν εἰς τὸ ποιεῖν τοὺς ἐπιβάλλοντας αὐτῇ καρπούς. Ὁ δὲ λέγομεν, σαφέστερον παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ ἔστιν εὐρεῖν. Ἴδου γὰρ, φησὶ, ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως, οὕτως ἐστὲ ὑμεῖς ἐν ταῖς χερσὶ μου, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος. Πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος ἢ ἐπὶ βασιλείαν, τοῦ ἐξᾶμαι αὐτοὺς καὶ ἀπολλύειν· καὶ ἐπιστρέψει τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτῶν, καὶ μετανοήσω περὶ τῶν κακῶν, ὧν ἐλογισάμην τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Καὶ πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος καὶ ἐπὶ βασιλείαν (71), τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι καὶ τοῦ καταφυτεύεσθαι· καὶ ποιήσουσι τὰ πονηρὰ ἐναντίον μου, τοῦ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς μου· καὶ μετανοήσω περὶ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐλάλησα, τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα δεχόμεθα τὴν πρόβρῃσιν, οὐκ ἀπόφασιν τοῦ πάντως ἐκδησομένου, ἀλλ' ἀπειλὴν ἐπιστροφῆν ἐμποιοῦντος ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας. Τί οὖν ἐστὶν ἡ ἀπειλεῖ;

145. Ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγὴν. Καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα. Καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῆ, οὐδὲ μὴ σκαφῆ, καὶ ἀναθήσεται εἰς αὐτὸν ὄσος εἰς χέρσον ἀκανθα. Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν. Ὁ γὰρ ἀμπελῶν Κυρίου, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστὶ, καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα νεόφυτον ἡγαπημένον. Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγὴν. Ἀναλαβόντες ἴσθινον καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἠπειλημένων ἐξετάσαντες καὶ βασανίσαντες αὐτῶν τὸν νοῦν, ἐρευνήσωμεν μήτι (72) καὶ ἡμῶν ἄπτεται τὰ λεγόμενα· Καθελῶ, φησὶ, τὸν φραγμὸν αὐτοῦ. Ἡροσκήκει μὲν τὰς νομικὰς ἐντολὰς φραγμὸν ὑπονοῆσαι, ἦτοι τὸν Ἰσραὴλ, ἐκ τῆς πρὸς Ἐφρασίους Ἐπιστολῆς τοῦ Μαύλου λέγοντος, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὸν (73) νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Τὸ γὰρ αὐτὸ ἐδόκει καὶ φυλακτήριον εἶναι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ κωλυτικὸν τῆς ἐπιμιξίας καὶ τῆς ἐνώσεως τῶν λαῶν, διὰ τὸν βαρὺν ζυγὸν τοῦ νόμου ἀποκνουμένων εἰς τὴν παραδοχὴν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας. Ὁ οὖν ἐν δόγμασι, τουτέστιν, ἐν θεωρήμασιν ὑψηλοῖς τὴν σαρκίην καὶ

A sed famulum suum ad fundendas pro populo preces excitans, his verbis prædixit: *Et nunc dimitte me, et delebo populum hunc*³³. Rursus simile quiddam in Evangelio etiam per parabolam a ficu sumptam sumus edocti; quippe dominus ejus dicit agricolæ: *Ecce anni tres sunt ex quo venio ad hanc ficum, quærens fructum in ea, et non invenio. Succide illam. Utquid etiam terram occupat*³⁴? Hoc autem dicebat tum ut agricolam incitaret ad eam accurandam, tum ut animam infructuosam ad producendos fructus sibi convenientes exstimularet. Quod autem dicimus, id licuerit manifestius deprehendere apud Jeremiam: *Ecce enim, inquit, sicut lutum signil, sic estis vos in manibus meis, domus Israel, dicit Dominus. Ad summam loquar super gentem aut super regnum, ut auferam illos, et disperdam: et convertetur gens illa a malis suis, et pœnitebit me malorum quæ cogitaveram facere eis. Et ad summam loquar super gentem et super regnum, ad reedificandum et plantandum; et facient mala coram me, non audiendo vocem meam; et pœnitebit me bonorum, quæ locutus fueram, ut facerem eis*³⁵. Ad hunc igitur modum etiam hic accipimus hanc prædictionem, non velut rei certo eventuræ denuntiationem, sed ceu comminationem ejus qui a peccato avocatur. Quid igitur est, quod interminatur?

145. VERS 5-7. *Auferam sepem ejus, et erit, in direptionem. Et diruam maceriam, ejus, et erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur, et crescet in ea tanquam in inculta terra spina. Et nubibus mandabo ne pluant super eam pluviam. Nam vinea Domini domus Israel est, et homo Judo, novella plantatio dilecta. Expectari ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem.* Itaque resumptis expensisque singulis comminationibus, et earum sensu diligenter explorato, perscrutemur utrum quæ dicuntur nos etiam attingant. *Auferam, inquit, sepem ejus.* Par est sepem hanc, præcepta legalia aut Israelem interpretari, juxta Pauli ad Ephesios Epistolam, dicentis: *Ipse est qui medium parietem maceræ solvit, legem mandatorum decretis evacuans*³⁶. Nam idem ille paries medius et Israel custodire, et permistionem conjunctionemque populorum impedire videbatur, quod reformidarent ob grave legis jugum pietatis sermonem excipere. Qui igitur in decretis hoc est, in altis sublimibusque contemplationibus carneam et humilem legalis literæ observationem abrogavit, is medium parietem maceræ solvit, non quod populum suum dereliquit

³³ Exod. xxxii, 10. ³⁴ Luc. xiii, 7. ³⁵ Jerem. xviii, 6-10. ³⁶ Ephes. ii, 14, 15.

(69) Editi, καὶ θυμωθεῖς, et ita quoque apud LXX legitur: sed in nostris sex mss. vox θυμωθεῖς deest.

(70) Veteres tres libri, καὶ οὐχ εὗρισκω. Alii tres, καὶ μὴ εὗρισκων. Statim editi et duo mss., καταργῆ. Alii tres, καταργεῖ.

(71) Codices tres, καὶ ἐπὶ βασιλείαν. Alii duo

cum editis, καὶ βασιλείαν.

(72) Codex unus, μὴ πως. Aliquanto post duo mss., φραγμὸν νοῆσαι. Ibidem nostri sex mss., ἦτοι τόν. Editi, ἦ καὶ τόν.

(73) Reg. quartus, καὶ τόν. Vocula καὶ neque in editis, neque in aliis quatuor mss. legitur.

rit absque circummunitione, sed quod in uno ovili illum incluserit, ut fiat unus grex, unus pastor ³⁷. Nunc igitur scriptura minatur Deum maceriam esse diruturum, id est munimentum omne ab Israele ablaturum. Et fortasse cum per angelos in manu mediatoris dato lex sit ³⁸, ipsam etiam custodiam angelorum terminos Israelis tuentium sublaturum se indicat. Fortassis etiam cum unusquisque nostrum qui habet sanctum angelum castrametantem in circuitu timentium Dominum, in peccatis versatus, intentatæ huic plagæ futurus est obnoxius; et muro privabitur, tutela videlicet sanctarum virtutum, quæ quidem quandiu adfuerint, eos quos ipsæ custodiunt, inexpugnabiles servant. Anima autem omnis quæ hoc præsidio destituitur, objicitur hostibus ad direptionem, hoc est, adversariis virtutibus, et ad conculcationem ejus qui gloria-bundus dicit: *Postquam perambulavi terram, adsum* ³⁹. Tale quiddam et psalmus de vinea dicit: *Utquid destruxisti maceriam ejus* ⁴⁰? Et, *Devastavit eam aper de silva* ⁴¹. Qui enim consilio et virtute angelorum communiti non sunt, ii stolidis absurdisque commotionibus exponuntur, suntque excipiendis porcis idonei ob peccati graveolentiam in ipsis redundantem, cum magis ac magis peccati cœnum commoveant, seseque in eo volent. Aliquid etiam ejusmodi narrat Apostolus: *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in passiones ignominix, ut faciant ea quæ non conveniunt* ⁴². Hoc est, qui rationis custodiam rejiciunt, ii patent belluinis cogitationibus et dæmonibus improbis, qui ipsis eis auctores sunt impuritatis. Et quidem pertigit ad Israel comminatio tum, cum ob peccatum adversus Dominum admissum traditi gentibus, eisque permissi, facti sunt in direptionem atque in conculcationem hostium.

ἀμαρτίαν ἔκδοτοι τοῖς ἔθνεσιν ἀφεθέντες (76), εἰς διαρπαγὴν ἐγένοντο καὶ καταπάτημα τῶν πολεμίων.

146. Deinde ait: *Et diruam maceriam ejus, et erit in conculcationem*. Collata a se in populum beneficia superius cum recenseret, aiebat: *Sepem circumposui, et ædificavi turrim*: hic vero, *Auferam sepem ejus, et diruam murum*, pro turri, ut puto, dicens murum, quoniam turris muris quatuor inter se per angulos conjunctis constat; ita ut illic altus murorum vineæ ambitus per turrim sit intelligendus, ut inaccessa esset hostibus atque inexpugnabilis. Quin et evertitur murus noster, cum per socordiam ignaviamque reddiderimus nos tutela divinorum dogmatum indignos. Deus quidem justo turris est a **482** facie inimici ⁴³: sed a peccatore ob derelictionem omnis custodia et totius arcis propugnaculum auferitur. *Et dimittam vineam meam,*

³⁷ Joan. x, 16. ³⁸ Galat. iii, 19. ³⁹ Job. i, 7. ⁴⁰ Psal. lxxix, 13. ⁴¹ ibid. 14. ⁴² Rom. i, 28. ⁴³ Psal. lx, 4.

(74) Colb. secundus, περιλαμβάνει.

(75) Editi et unus ms., ἔγκειται. Alii tres, ἔκκειται. Codex alius, κείται.

(76) Nostra editio et Reg. primus, ἀφέντες. Alii quinque mss., ἀφεθέντες.

(77) Editi et tres mss., νοεῖσθαι. Alii tres

ταπεινὴν τοῦ νομικοῦ γράμματος παρατήρησιν καταργήσας, αὐτὸς ἔλυσε τοῦ φραγμοῦ τὸ μεσότοιχον, οὐκ ἀπερίφρακτον καταλιμπάνων τὸν ἑαυτοῦ λαόν, ἀλλὰ μιᾷ περιλαμβάνων (74) αὐτῇ, ἵνα γένηται μία ποιμήν, εἰς ποιμήν. Nūn οὖν ἀπειλεῖ ὁ λόγος καθαιρήσειν τὸν φραγμόν· τουτέστι, πᾶν φυλακτήριον τοῦ Ἰσραὴλ περιαιρήσειν. Καὶ τάχα ἐπειδὴ δι' ἀγγέλων ἐδόθη ὁ νόμος ἐν χειρὶ μεσίτου, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων φυλακὴν, τῶν φρουρούντων τὰ ὅρια τοῦ Ἰσραὴλ, περιαιρήσειν ἀνίσταται. Μήποτε δὲ καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἔχων ἀγγέλον ἅγιον τὸν παρεμβάλλοντα κύκλῳ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐν ἀμαρτίαις ἐξετασθεῖς, ὑπόδικος γένηται τῇ ἀπειληθείσῃ πληγῇ, καὶ γυμνωθῇ τοῦ τείχους τῆς ἀπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων ἀσφαλείας· αἴτινες, ὅσον ἂν παρῶσι χρόνον, ἀκαθαιρέτους διασώζουσι τοὺς παρ' αὐτῶν φρουρουμένους. Γυμνωθεῖσα δὲ πᾶσα ψυχὴ τῆς ἀσφαλείας ταύτης, ἔκκειται (75) εἰς διαρπαγὴν τοῖς ἐχθροῖς, τουτέστι ταῖς ἀντικειμέναις ἐνεργεῖαις, καὶ εἰς καταπάτημα τοῦ ἐγκαινωμένου καὶ μέγοντος, ὅτι Ἐμπεριπατήσας τὴν οἰκουμένην πάρειμι. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ ψαλμὸς περὶ ἀμπέλου φησὶν. Ἴνα τί καθεῖλες τὸν φραγμόν αὐτῆς; καὶ, Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὡς ἐκ δρυμοῦ. Οἱ γὰρ μὴ πεφραγμένοι λόγῳ καὶ δυνάμει ἀγγελικῇ, ἔκδοτοι εἰσι τοῖς ἀλόγοις κινήμασι· καὶ διὰ τὴν πλεονάζουσαν ἐν αὐτοῖς τῆς ἀμαρτίας δυσωδίαν, ἐπιτήδειοι εἰσι χοίρων ὑποδοχῆς, ἐπὶ πλεόν τῆς ἀμαρτίας τὸν βόρβορον ἀνακινούντων, καὶ ἐγκαλινδουμένων αὐτῶν. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· Καὶ καθὼς οὐκ ἔδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας, ποιῆν τὰ μὴ καθήκοντα. Τουτέστιν, οἱ τὴν ἐκ τοῦ λόγου φυλακὴν ἀποβάλλοντες, ἔκδοτοι εἰσι τοῖς βοσκηματώδεσι λογισμοῖς, καὶ πονηροῖς δαιμονίοις τοῖς τὰ ἀκάθαρτα ἐνεργοῦσιν. Ἐπὶ μέντοι τοῦ Ἰσραὴλ ἔφθασεν ἡ ἀπειλή, ὅτε διὰ τὴν εἰς τὸν Κύριον

146. Εἰτά φησι· Καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα. Ἐν τοῖς ἄνω διηγούμενος τὰς παρ' ἑαυτοῦ εἰς τὸν λαόν εὐεργεσίας, Φραγμόν, φησὶ, περιέθηκα, καὶ ὑκοδόμησα πύργον· ἐνταῦθα δὲ. Ἀφελῶ τὸν φραγμόν αὐτοῦ, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον, ἀντὶ πύργου, ὡς οἶμαι, τὸν τοῖχον λέγων· ἐπεὶ καὶ ὁ πύργος τέσσαρες εἰσι τοῖχοι κατὰ γωνίας ἀλλήλοις συναπτόμενοι· ὥστε κάκει πύργον νοεῖσθαι (77) τὴν ὑψηλὴν τοῦ ἀμπελῶνος τῶν τοίχων περιβολὴν, πρὸς τὸ ἀνέμβατον αὐτὸν εἶναι καὶ ἀνεπιχείρητον τοῖς ὑπεναντίοις. Καὶ ἡμῶν δὲ τοῖχος καθαιρεῖται, ὅταν ἀναξίους ἑαυτοῦς τῆς ἐκ τῶν θείων δογμάτων φυλακῆς, διὰ ῥαθυμίας ποιήσωμεν. Τῶ μὲν γὰρ δικαίῳ πύργος ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, τοῦ δὲ ἀμαρτωλοῦ (78) διὰ τὴν ἐγκατάλειψιν

(78) Antiqui sex libri, τοῦ δὲ ἀμαρτωλοῦ. Editi, τῶ δὲ ἀμαρτωλῶ. Statim editi et tres mss., ὀχυρώματος προβολή. Reg. tertius, περιβολή, *castris ambitus*. Reg. quartus cum Colb. primo, προσβολή, minus recte.

περιαιρείται πᾶσα ἀσφάλεια καὶ παντὸς ὀχυρώματος προβολή. Καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῆ, οὐδὲ μὴ σκαφῆ. Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἡ ἀνεσις τῶν ἀμαρτωλῶν κατὰ ἐγκατάλειψιν γίνεται. Ὡν μὲν γὰρ προνοεῖται, ὁ λόγος φησὶν. Οὐ μὴ σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μὴ σε ἐγκαταλείπω (79). Ὡν δ' ἂν παντελῶς ἀπογνῶ, τούτους ἀνέτους ἀφήσει ποιεῖν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν, ὡς τῆς παιδευτικῆς ἀνωφελοῦς αὐτοῖς ἐσομένης. Ἀνήσω οὖν, φησὶ, τὸν ἀμπελῶνα. Καὶ τί (80) τὸ ἐντεῦθεν αὐτῷ συμβαῖνον; Οὐ μὴ τμηθῆ, φησὶν, οὐδὲ μὴ σκαφῆ ἔτι. Ὡσπερ γὰρ οἱ τὴν ἀμπελον τέμνοντες, συνέχουσιν αὐτῆς τὴν δύναμιν, ὥστε τεταμιευμένως καὶ σωφρόνως, διὰ τῆς τῶν ἀναγκαίων φορᾶς, προϊέναι· οὕτω καὶ ψυχὴ ἐπίκαμπτομένη ταῖς θλίψεσιν, οἶονεὶ συστέλλεται καὶ ταπεινοῦται· λυσιτελῶς, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ἐαυτῆς ἐπιμέλειαν ἐπανάγεται, τὸ ἀναγκαῖον καὶ ὠφέλιμον ἐν τοῖς πράγμασιν αἰρουμένη· ἡ δὲ ἀφειθεῖσα ἀνετος, οἶόν τις ἀμπελος ἀτημέλητος, ὑλομανεῖ καὶ ἐκχεῖται περὶ τὰ ἄχρηστα καὶ ἀνωφελῆ, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀπάτην πᾶσαν τὴν τῶν ἔργων ἐπίδειξιν ποιουμένη. Ὁ γὰρ τῶν φθαρτῶν τὴν ἐργασίαν ποιούμενος ὁμοίος ἐστὶν ἀμπέλῳ, ξύλα καὶ φύλλα (81) καὶ ἔλικας ἐκτρεφούσῃ, οἶνον δὲ εὐφροσύνης ποιητικόν, εἰς ἀποθήκας βασιλικὰς ἀποτεθῆναι δυνάμενον, μὴ (82) ποιούσῃ.

147. Ὁ οὖν ἀνεθείς ἀμπελῶν δύο πάσχει δεινά· οὔτε τέμνεται, φησὶν, οὔτε σκάπτεται. Ἐῖρηται τί τὸ μὴ τέμνεσθαι, τουτέστι μὴ κατακονδυλιζέσθαι ταῖς περιστάσεσιν, ἕπερ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν θλιβομένων οἰκονομεῖται. Σκάπτεται δὲ ὁ πᾶσαν τὴν περιχειμένην (83) αὐτῷ ὕλην διδασκόμενος πρὸς τὴν οἰκίαν ὠφέλειαν λαμβάνειν (84). Οἶον, ἄσκαφος ἐστὶν πλούσιος ὁ τῷ βάρει τῶν γηίνων τὴν ψυχὴν πιεζόμενος· πρὸς ὃν οὔτε ὑετὸς οὐράνιος καταβαίνει· οὐ γὰρ ἐφικνεῖται τῆς ῥίζης, πολλῆς ἐπ' αὐτῆς (85) συμπεφορημένης τῆς ματαιότητος. Ὁ μὲντοι τῷ κατανοκτικῷ λόγῳ ἀποσκευάσασθαι τὸν ὄχλον τῶν γηίνων πραγμάτων καὶ φθαρτῶν διδασκῆς, καὶ ἀναπνεῦσαι μὲν ἀπὸ τῆς συνοχῆς, ἐκκαλύψαι δὲ ἐαυτοῦ τὰ κρυπτά, ἀνατρέψαι δὲ τὰς τῆς πικρίας ῥίζας, καὶ οἶονεὶ ξηρᾶναι διὰ μετανοίας, οὕτως ἐστὶν ὁ σκαφεὶς. Διόπερ καὶ ἡ τῶν ἀκανθῶν χύσις κωλύεται· τουτέστιν, αἱ μέριμναι τοῦ βίου τούτου οὐδεμίαν ἔξουσι χώραν ἐν τῇ ἀνατροπῇ τῶν γηίνων. Ἐτι πρὸς τὸ, μὴ τμηθῆναι, καὶ τὸ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ εἰρημένον παραληπτέον· Ἐγὼ εἰμι ἡ ἀμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργὸς ἐστὶ. Πᾶν κλήμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἶρει αὐτὸ, καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ.

⁴⁴ Jos. I, 5. ⁴⁵ Rom. XIII, 14. ⁴⁶ Joan. XV, 1, 2.

(79) Veteres quinque libri, οὐδ' οὐ μὴ σε ἐγκαταλείπω. Editi, οὐδὲ μὴ σε ἐγκαταλείψω, *neque te derelinquam*.

(80) Reg. quartus, Καὶ τί. Deest τί in vulgatis.

(81) Editi mirifice depravantur, in quibus sic legimus, ξυλαμπέλῳ καὶ φύλλα. At quinque mss., ἀμπέλῳ, ξύλα καὶ φύλλα, optime.

(82) Veteres quinque libri, μὴ. Editi, οὐ.

(83) Editi, παραχειμένην. At quinque mss., περιχειμένην.

A *et non putabitur, neque fodietur*. Liquet inde eorum qui peccant dimissionem fieri per derelictionem. Ait enim Scriptura de iis quibus providet: *Non te deseram, neque te derelinquo*⁴⁴: e contrario de quibus prorsus desperat, hos ad carnis et cogitationum suarum desideria explenda liberos dimittit⁴⁵, quod eis profutura non sit animadversio. *Dimittam igitur, inquit, vineam*. Ecquid ei posthac contingit? *Non, inquit, putabitur, neque fodietur amplius* Quemadmodum enim qui vitem putant, astringunt continentque ejus virtutem, sic ut necessaria profundens, certa temperatione et moderate procedat: ita et anima afflictionibus incurvata, quasi contrahitur, humiliaturque utiliter, et ad curam sui ipsius habendam revocatur, ut quæ in rebus peragendis id quod utile est et conducibile, eligat. E diverso, quæ dimissa est libera, perinde atque vinea quæpiam neglecta eluxuriatur, seque in res vanas et inutiles effundit, atque omnia sua opera ostentat, quo plures in errorem pelliciat. Qui enim opera patrat corruptioni obnoxia, is vineæ consimilis est, ligna, folia et capreolos enutrienti, vinum autem non producenti, quod jucunditatem creet, quodque possit in regalibus apothecis recondi.

147. Vineam igitur derelictam, mala duo patitur: neque putatur, inquit, neque foditur. Dictum est quid sit non putari, hoc est, calamitatibus minime vexari, id quod ad utilitatem eorum qui affliguntur, decernitur. Qui autem omni materia sibi circumposita uti docetur ad suum ipsius commodum, in foditur. Exempli causa, dives cujus anima rerum terrenarum pondere premitur, et ad quem non dilabatur cælestis pluvia, fossus non est. Neque enim imber ob multam vanitatem in anima congestam ad radicem usque pertingit. Quisquis autem ex sermone contritioni faciendæ idoneo didicit terrestrium fluxarumque rerum turbam exuere, ab angustia et a coarctatione respirare, occulta sua detegere, amaritudinis radices evertere ac veluti per pœnitentiam arefacere, is fossus est. Quare et impeditur fusio spinarum et accretio; hoc est, locum nullum habituræ sunt hujus vitæ sollicitudines in terrenorum eversione. Insuper ad explicandum quid sit, *non putari*, assumendum est quoque id quod dictum est in Joannis Evangelio: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit, et omnem qui fert fructum, purgat eum, ut fructum copiosorem afferat*⁴⁶. Malus

(84) Nostri sex libri veteres, λαμβάνειν. Editi vero, ἀποβάλλειν, *ad suum ipsius commodum materiam abjicere*. Quo autem in libro ita scriptum invenerint typographi Parisienses, nescio: sed certo scio in illis ipsis codicibus, quibus ad editionem suam adornandam usi sunt, etiamnum constanter legi, λαμβάνειν, *ad suum ipsius commodum materia uti*. Ibidem editi, ὁ πλούσιος. Articulus in mss. deest.

(85) Editi, ἐπ' αὐτήν. At quinque mss., ἐπ' αὐτῆς. Aliquanto post tres mss., ἀκανθῶν φύσις.

igitur rei familiaris administrator ait : *Fodere non valeo*⁴⁷, bonus autem ac prudens rei familiaris administrator scite circumfodiet, hoc est, sua omnia emovebit, atque **183** principali suæ vitæ accommodabit. Ostendit nimirum quod quemadmodum terra quæ ab radice solvitur, fit plantæ alimentum, et ea quæ ei incumbit, comprimit illam et degravat : sic et opum exsuperantia divitibus incumbens, eorum animas demergit, alienata vero a possessoribus, et indigentibus distributa, tunc eorum fit propria. Sed ex eo quod neque putata vinea sit, neque fossa, consequens est ut in ea tanquam in terra inculta crescant spinæ. Servator noster eos qui sese hujus vitæ curis ac sollicitudinibus implicant, ait esse terram spinas producentem, quæ quidem excipit verbi fructum, sed illum spinis suffocat⁴⁸. Itaque ingens curarum turba invadit in animam incultam. Eam ob causam ait : *Crescent in ea tanquam in inculta terra spinæ.*

148. Observa autem prophetam superius quidem dixisse : *Exspectavi ut faceret uvam : fecit autem spinas* ; hic vero addidit : *Et crescent.* Etenim magnam quamdam malitiam, et illius fusionem late serpentem indicat Scriptura, per spinarum ascensum acretionemque. Deinde quoniam prava sunt vineæ germina, ab ea tollitur pluvia : quandoquidem ejus, ut par erat, adjumento usa non est. Quare et nos cum occasione nobis a Deo data non ad bonum utimur, nobis adimitur cœleste præsidium. Quod si Israel vinea est, manet inculta, non solum quod Domino non attulerit fructus sibi congruentes, sed quod servos prius ad se missos ceciderit, obruerit lapidibus et occiderit, ac pastremo in ipsum heri filium manus ad necem injecerit⁴⁹. Fuerunt autem spinarum nomine⁵⁰ insignitæ hæ omnes pravæ et injustæ actiones : quæ terræ maledictæ fetus cum sint, jure ac merito nubes in vineam talia profertem non pluere jussæ sunt. Ecquæ tandem nubes, ecquis imber ? Conemur physicis rationibus ad nubes spectantibus ad eorum quæ dicta sunt, intelligentiam pertingere. Est igitur nubes aer crassus ex humidis vaporibus e terra excitatis constans, dein sursum ventis evector, simulatque eorum ope in justum acervum congregatus est, et ex humore sibi insperso gravitas sufficiens accessit, tunc in terram guttatim labitur. Hæc quidem est imbrum natura, qui suam originem trahunt a terra, ac iterum per aera in terram delabuntur. Ejusmodi erant et prophetæ, qui a communi quidem natura oriundi, sed propter animæ puritatem virtute Spiritus

Α Ὁ μὲν οὖν κακὸς οἰκονόμος, σκάπτειν, φησὶν, οὐκ ἰσχύω· ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος ἐπιστημόνως περισκάψει· τουτέστιν, ἀνακινήσει πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ τῇ προηγουμένη ἑαυτοῦ (86) ζωῇ προσδουκίωσει· δεικνύς, ὅτι ὡσπερ ἡ γῆ, ἀφισταμένη μὲν τῆς ῥίζης, τροφή τοῦ φυτοῦ γίνεται, ἐπικειμένη δὲ αὐτῇ, θλίβει αὐτὴν καὶ βαρύνει· οὕτω καὶ ἡ τῶν χρημάτων περιβολή, ἐπικειμένη μὲν τοῖς πλουτοῦσι, βυθίζει αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἀλλοτριουμένη δὲ τῶν ἐχόντων εἰς τὴν τῶν δεομένων με-άδοσιν, τότε αὐτῶν οἰκεία γίνεται. Ἀκολουθεῖ δὲ τῷ μὴ τέμνεσθαι, μηδὲ σκάπτεσθαι, τὸ ἀναβαίνειν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθαν. Τοὺς ἐνεχομένους ταῖς τοῦ βίου μερίμναις ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἔφησεν εἶναι γῆν ἀκάνθας ἐκρύβουσαν, δεχομένην μὲν τὸν τοῦ λόγου καρπὸν, συμπνίγουσαν δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν. Εἰς οὖν (87) τὴν ἀγεώργητον φυγὴν πολὺ τὸ πλῆθος τῶν μεριμνῶν. Διὸ φησὶν· Ἀναθήσονται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθαι.

148. Τήρει δὲ, ὅτι ἄνω μὲν εἶπεν· Ἐμείνα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· ἐνταῦθα δὲ προσέθηκε τὸ, καὶ ἀναθήσονται. Μέγεθος γάρ τι (88) τῆς κακίας, καὶ τὴν ἐπὶ πολὺ χύσιν ὁ λόγος ἐμφαίνει διὰ τῆς τῶν ἀκανθῶν ἀναθάσεως. Ἢτα ἐπειδὴ πονηρὰ τῆς ἀμπέλου τὰ βλαστήματα, αἴρεται αὐτῆς ὁ ὑετός· ἐπειδὴ περ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ παρ' αὐτοῦ βοηθείᾳ. Ὡστε καὶ ἡμεῖς ὅταν ταῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομέναις ἡμῖν ἀφορμαῖς μὴ εἰς ἀγαθὸν κεχρημένοι ὦμεν, ἀφαιρεῖται ἡμῶν ἡ ἐξ οὐρανοῦ βοήθεια. Εἰ δὲ ἀμπελῶν ὁ Ἰσραήλ, ἀγεώργητος μένει διὰ τὸ μὴ ἀποδιδόναι τοὺς ἐπιβάλλοντας αὐτῷ καρποὺς τῷ δεσπότῃ· ἀλλὰ πρότερον μὲν τοὺς ἀπεσταλμένους δούλους δεῖραι καὶ λιθοβολῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι, ὕστερον δὲ καὶ αὐτῷ τῷ υἱῷ τοῦ δεσπότου τὰς χεῖρας εἰς φόνον ἐπιβαλεῖν. Αὐταὶ (89) δὲ πᾶσαι αἱ πονηραὶ καὶ ἄδικοι πράξεις ἄκανθαί εἰσιν ὀνομασμέναι· διὰ τὸ γῆς κατηραμένης εἶναι βλαστήματα, εἰκότως ἐντολὰς λαμβάνουσιν αἱ νεφέλαι τοῦ μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν τὰ (90) τοιαῦτα ἐκφέροντα ἀμπελῶνα. Τίνες οὖν αἱ νεφέλαι, καὶ τίς ὁ ὄμβρος ; Ἐκ τῆς περὶ νεφῶν φυσιολογίας πειραθῶμεν εἰς ἐννοίαν τῶν εἰρημένων ἐλθεῖν. Ἔστι τοίνυν ἡ νεφέλη ἀῆρ παχύς ἐν τῆς ὑγρᾶς κατὰ γῆν ἀναθυμιάσεως συνιστάμενος, εἴτα μετεωρισθεὶς τοῖς ἀνέμοις, ὅταν λάβῃ παρ' αὐτῶν ἀξιόλογον ἄθροισμα, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐνεσπαρμένης αὐτῷ (91) νοτίδος βάρους ἰκανὸν ἐγγένηται, τότε σταγόνας εἰς τὴν γῆν ἀφίησι. Καὶ αὕτη τῶν ὄμβρων ἡ φύσις, ἀπὸ γῆς τὴν ἀρχὴν ἐχόντων, καὶ δι' αἴρος πάλιν ἐπὶ τὴν γῆν φερομένων. Τοιοῦτοι ἦσαν καὶ οἱ προφῆται, ἐκ μὲν τῆς κοινῆς φύσεως

⁴⁷ Luc. xvi, 3. ⁴⁸ Luc. viii, 14. ⁴⁹ Matth. xxi, 35-39. ⁵⁰ Gen. iii, 18.

(86) Veteres quinque libri, ἑαυτοῦ. Editi, αὐτοῦ.

(87) Illa, εἰς οὖν, etc., aut ἑλλειπτικῶς dici, aut trunca esse nemo, ni fallor, homo diffitebitur. Suppleas igitur oportet verbum ἀναβαίνει, aut aliud, quod magis placuerit.

(88) Sic veteres quatuor libri. Editi vero ἐπὶ Statim Reg, tertius, λόγος ἐκφαίνει.

(89) Editi, Αὔται. At quinque mss., αὐταί. Mox editi, αἱ διὰ τό. At in quinque mss. deest αἱ.

(90) Veteres quinque libri, ἐπὶ τὸν τά. Deest τά in excusis.

(91) Editi, αὐτῶν. Antiqui tres libri, αὐτῇ. Alii duo, αὐτῷ, ἀέρι videlicet, melius. Statim sex mss., τὴν ἀφίησι. Editi, ἐνίησι.

ὄρμημένοι, διὰ δὲ καθαρότητα ψυχῆς τῆ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ὑπερυψούμενοι, καὶ λόγων γονίμων σταγόνες ταῖς ψυχαῖς ταῖς ἀγαθαῖς καὶ καρποφόροις ἐνστάζοντες. Τοιοῦτος ἦν Μωϋσῆς, λέγων· Προσδοκᾶσθω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμα μου· καὶ πάλιν· Ὡς (92) ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον. Αὗται οὖν αἱ οὐράνιοι δυνάμεις ἐντολὴν λαμβάνουσι τοῦ μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν ἀκανθοφόρον ἀμπελῶνα, τὸν ταῖς ἀκάνθαις ταῖς οἰκείαις στεφανώσαντά μου τὸν Δεσπότην. Διὰ τοῦτο νῦν σιωπὴ ἐστὶ παρὰ τῆ συναγωγῆ ἐκείνη λόγου Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὶν ἔτι προφήτης, οὐδὲ ἄρχων, οὔτε ἡγούμενος, ἀλλ' αἰθρία δεινὴ καὶ ἀνέφελος, τῆς πάλαι κατάρως ἐπ' αὐτῆς βεβαιουμένης· ὅτι, Καὶ ἔσται σοι ὁ οὐρανὸς (93) ὑπὲρ κεφαλῆς σου γαλκοῦς, καὶ ἡ γῆ ὑποκάτω σου σιδηρᾶ· καὶ πάλιν· Διψῆ ὁ Κύριος τὸν ὑετὸν τῆς γῆς σου κονιορτὸν, καὶ χουὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβήσεται ἐπὶ σὲ, ἕως ἂν ἐκτριψῇ σε. Οὐκέτι γὰρ αἱ νεφέλαι αἱ πνευματικαί· καὶ οὐκέτι προφήτης, τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου βεβαίας φυλαττομένης· Καὶ αἱ νεφέλαι δὲ βρέχειν λέγωνται· οὐδὲν ἤττον ὁ Κύριός ἐστὶν ὁ βρέχειν. Οὐκ ἐστὶ γὰρ, φησὶν ὁ προφήτης, ὑετίζων ὡσπερ σὺ. Καὶ πάλιν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ εἶρηται· Καὶ βρέξω ἐπὶ πόλιν μίαν, ἐπὶ δὲ πόλιν μίαν οὐ βρέξω· μερὶς μία βραχῆσεται, καὶ μάρτις, ἐφ' ἣν οὐ βρέξω, ξηρανθήσεται· οἰκονομοῦντος τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν μερίδα τῶν χειρόνων μὴ βραχῆναι ὑπὲρ τοῦ ξηρανθῆναι ἐν αὐτῇ τὰ τῆς πονηρίας βλαστήματα. Σαρῶς παρέστησε τὸ βούλημα (94) τοῦ λόγου, ὅτι ἀμπελῶνα τὸν Ἰσραὴλ λέγει, περὶ ὃν γενήσεσθαι τὰ ἐπαγγελθέντα καὶ προειρημένα ἠπειλήται.

149. Καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, τεόφυτον ἡγαπημένον. Διηρέθη ἡ προσηγορία τοῦ Ἰακώβ εἰς τὸν Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα, πρότερον μὲν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαούλ, μερισθέντος τοῦ λαοῦ εἰς τὸν υἱὸν Σαούλ καὶ τὸν Δαβὶδ· ὕστερον δὲ ἐπὶ τοῦ Ῥοβοᾶμ, ὅτε Ἱεροβοᾶμ ἀπέστησε τὰς δέκα φυλάς υἱὸς Νάβατ, ὅς ἐξῆμαρτε τὸν Ἰσραὴλ. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν διπλῆς ἔτυχε τῆς προσηγορίας. Φαίνεται δὲ ἐκ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν πλείον ἁμαρτῶν (95) ὁ Ἰσραὴλ, διὸ καὶ τάχιον ἠχμαλωτίσθη. Καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ ἐννενηκοντα μὲν καὶ τρεῖς (96) ἡμέραι ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἀριθμοῦνται, τεσσαράκοντα δὲ ἐπὶ τοῦ Ἰούδα. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ μὲν ἀκανθοφόρος ἀμπελῶν οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ γίνεται, ὁ δὲ τοῦ Ἰούδα ἄνθρωπος, οὐκέτι ἀμπελῶν, ἀλλὰ νεόφυτον, οὐ κεχερσωμένον, ἀλλ' ἡγαπημένον. Τίς δὲ ὁ

A in sublime erecti, animabus bonis et frugiferis vitalium verborum guttas instillabant. Talis erat Moyses, dicens : *Expectetur ut pluvia, eloquium meum* ⁵¹ ; et rursus : *Quasi imber super gramen, et quasi pluvia nivalis in herbam* ⁵². Præcipitur itaque cælestibus istis virtutibus, ne in vineam spiniferam pluant, quæ Dominum meum suis spinis coronavit. Quare in synagoga illa nunc siletur Dei verbum, nec est amplius propheta, neque princeps, neque dux ⁵³ : sed sudum grave, nubibus nullis obductum : quippe pronuntiata olim adversus eam **ISA** maledictio confirmatur. Nimirum, *Et erit tibi cælum super caput tuum, æneum : et terra sub te ferrea* ⁵⁴. Et rursus : *Det Dominus pluviam terræ tuæ pulverem : et pulvis e cælo descendet super te, quoadusque attriverit te* ⁵⁵. Non enim amplius exstant nubes spirituales : neque amplius reperitur propheta : siquidem firme ac constanter servatur Domini præceptum. Etsi nubes pluere dicuntur, nihilominus tamen qui pluit Dominus est : Non est enim, ait propheta, qui pluat, sicut tu ⁵⁶. Et iterum de persona Dei dictum est : *Et pluam super unam civitatem : super unam autem civitatem non pluam : pars una irrigabitur : et pars, super quam non pluerò, arcescet* ⁵⁷. Sanxit nimirum Deus bonus, ne irrigetur deteriorum pars, ut in ea germina exarescant malitiæ. Perspicue sensum exhibuit dicti hujus, nempe vineam Israel vocari, cui et quæ prænuntiata sunt et prædicta, eventura esse minitatus est.

C 149. *Et homo Juda, novella planta dilecta.* Appellatio Jacob dispertita est in Israel et Judam. Nam primum quidem Davide post Saulis mortem regnante divisus est populus in filium Saulis et ipsum David ⁵⁸ : postea vero sub Roboam, quo tempore Jeroboam filius Nabat, quo auctore peccavit Israel, tribus decem ad defectionem impulit ⁵⁹. Quare etiamnum duplicem sortitur appellationem. Constat autem ex quarto Regnorum libro amplius peccasse Israel, unde citius quoque deductus est in captivitatem. Et in Ezechiele, pro peccatis Israel, nonaginta tres dies numerantur ; pro Judæ vero peccatis, quadraginta ⁶⁰. Quapropter et his spinifera quidem vinea domus Israel est : at Judæ domus, homo, non vinea, sed novella planta, nequaquam D inculta, sed dilecta. Quisnam vero sit homo ille ex

⁵¹ Deut. xxxii, 2. ⁵² ibid. ⁵³ Dan. iii, 38. ⁵⁴ Deut. xxviii, 23. ⁵⁵ ibid. 24. ⁵⁶ Jerem. xiv, 22. ⁵⁷ Amos. iv, 7. ⁵⁸ II Reg. ii, 10. ⁵⁹ III Reg. xii, 20. ⁶⁰ Ezech. iv, 5, 6.

(92) Editi, Ὡσεὶ. At quinque mss., Ὡς. Nec ita multo infra editi et unus ms., αἱ οὐράνιοι. Alii quatuor, αἱ οὐράνιοι.

(93) Apud LXX et in tribus mss. legitur, οὐρανός ὁ. Hoc ipso in loco nostri mss. omnes habent, κεφαλῆς. Editi, κεφαλῆν. Statim duo mss., ὑετὸν αὐτοῦ τῆς.

(94) Libri veteres, τὸ βούλημα. Editi, τὸ βούλευμα.

(95) Editi, ἁμαρτεῖν. At quinque mss., ἁμαρτῶν.

(96) Putare se ait Combefisius, illud, ἐννενηκοντα καὶ τρεῖς. *Nonaginta tres*, mendosum esse, nec a Basilio profectum : cujus nos judicio subscribimus haud inviti : sed ab ipso dissentimus, in eo quod culpam derivet in librarium, nos in ipsum Commentarii scriptorem : quem a Basilio alium esse, ex Præfatione constabit. Hunc Ezechielis locum et docte et copiose interpretans Hieronymus, docet Bibliorum exemplaria multum inter se discrepare : cujus verba cum proluxiora sint, referre nolui ; aed fontem ipsum adeas suadeo.

Juda oriundus, vita florenti præditus ac vere dilectus, facile cognosci potest a quovis, qui talia contemplari noverit: *Exspectavi ut faceret judicium: fecit autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem.* Cum juxta Salomonem, *Cogitationes justorum sint judicia*⁶¹, exigitur a nobis, ut cum judicio faciamus omnia, nihil vero citra judicium. Et quidem vitam sine judicio et inconsiderate actam comitantur iniquitates. Nam qui minime sequitur rectam rationem, nec judicat quid agendum sit, aut non agendum ex data legis regula, is putrat iniquitatem: nec facit justitiam, sed clamoris, tumultusque et confusionis est auctor. Quamobrem quies eorum qui judicantur judicia justa sequitur, cum ea quæ decreta sunt, constanti tranquilloque animo excipiant: contra clamor, tumultusque seditiosus eorum, qui ob injustitiam indignatur, judicia injusta comitatur. Ad hunc autem clamorem quod attinet, Apostolus etiam admonet, dicens: *Omnis clamor et tumultus tollatur a vobis, cum omni malitia*⁶². Est autem et clamor bonus, qualem stans in templo Christus emisit⁶³; quali usus est et David, cum diceret: *Voce mea ad Dominum clamavi*⁶⁴. Nec quidquam est miri, si idem nomen ad res contrarias designandas sit usurpatum, si videlicet modo tumultuosum quidpiam et turbulentum significet, modo vero altam magnamque cælestium dogmatum vocem. Profecto in præsentī dictione clamor cum eo qui a Sodomis et Gomorrha ascendit⁶⁵, affinitatem habet.

150. VERS. 8-10. *Væ, qui conjungunt domum cum domo, et agrum ad agrum admovent, ut a proximo auferant aliquid. Nunquid habitabitis soli super terram? Audita enim sunt hæc in auribus Domini Sabaoth. Nam si fuerint domus multæ; in desertum erunt, magnæ et pulchræ, et non erunt qui habitent in eis. Ubi enim operantur decem juga boum, faciet lagunculam unam. Et qui seminal artabas sex, faciet mensuras tres. Deflentur nunc ii, qui plura concupiscentes, quæ sunt proximerum, resecant; qui neque suis prædiis ruri sitis neque suis facultatibus domi reconditis contenti, sed in agris metandis vicinorum fines invadentes, suosque transgredientes, et interclusas vicinorum domos sibi ascribentes, inexplebili sua avaritia in angustum coacti, in suis sese finibus continere minime possunt: quin et specioso illo prætextu ad exsatiandam suam avaritiam abutuntur,*

⁶¹ Prov. xii, 5. ⁶² Ephes. iv, 31. ⁶³ Joan. vii, 37.

(97) Antiqui sex libri, καὶ ἀληθινῶς. Editi, καὶ ἀληθῶς.

(98) Veteres tres libri, ἀπαιτούμεθα δέ.

(99) Editi eum tribus mss., ἀνομίαν. Alii tres ἁμαρτίαν.

(1) Nostri mss. omnes, θόρυβος στασιαστικός, tumultus seditiosus. Editi, θόρυβος, στασιαστικῶς ἀγανακτούντων, quippe quia tumultuose indignantur.

(2) Veteres sex libri nostri, ἐστὼς ἐν. Editi, στάς. Statim tres mss., Δαβὶδ κέχρηται.

ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας ἄνθρωπος, ἀκμάζων τῇ ζωῇ καὶ ἀληθινῶς (97) ὑπάρχων ἀγαπητός, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν τῷ ἐπισταμένῳ τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν. Ἐμείνα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγὴν. Ἐπεὶ περ, κατὰ τὸν Σολομῶντα, Λογισμοὶ δικαίων κρίματα· ἀπαιτούμεθα (98) πάντα κρίσει ποιεῖν, καὶ μηδὲν ἀκρίτως. Ἐπεταί μέντοι τῇ ἀκρίτῳ καὶ ἀνεξετάστῳ ζωῇ τὰ ἄνομα. Ὁ γὰρ μὴ ἐπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μηδὲ κρίνων τὸ πρακτέον, καὶ μὴ κατὰ τὸν δεδομένον ἐκ τοῦ νόμου κανόνα, ἀνομίαν (99) ποιεῖ, καὶ οὐ δικαιοσύνης ἐστὶν ἐργάτης, ἀλλὰ κραυγῆς καὶ θορύβου καὶ συγχύσεως αἴτιος. Διότι τοῖς μὲν δικαίοις κρίμασιν ἡ ἡσυχία τῶν κρινομένων ἀκολουθεῖ, εὐσταθῶς καταδεχομένων τὰ ὀριζόμενα· τοῖς δὲ ἀδίκοις κραυγὴ καὶ θόρυβος στασιαστικός, ἀγανακτούντων (1) ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ. Περὶ δὲ τῆς κραυγῆς ταύτης καὶ ὁ Ἀπόστολος παραινεῖ, λέγων· Πᾶσα κραυγὴ καὶ θόρυβος ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ. Ἔστι δὲ τις καὶ κραυγὴ ἀστεία, ἣν ὁ Κύριος ἐστὼς ἐν (2) τῷ ἱερῷ ἔκραξεν· ἡ καὶ Δαβὶδ ἐκέχρητο, λέγων· Φωνῆ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, τὸ αὐτὸ ὄνομα ἐπὶ τῶν ἐναντίων τετάχθαι, καὶ σημαίνει νῦν μὲν τὸ ταραχῶδες καὶ σεσοθημένον, νῦν δὲ τὸ μεγαλόφωνον καὶ μεγαλοφυῆς τῶν οὐρανίων δογμάτων. Ἐπὶ μέντοι τῆς παρούσης λέξεως, ἡ κραυγὴ συγγενῆς ἐστὶ τῇ ἀπὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἀναβαινούσῃ.

150. Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἶκλον πρὸς οἶκλον, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τὸν πλησίον ἀφέλωνται τι. Μὴ οἰκήσεται μόνος ἐπὶ τῆς γῆς Ἡκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα. Ἐὰν γὰρ γένωνται οἰκίαι πολλοὶ, εἰς ἔρημον ἔσονται, μεγάλαι (3) καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς. Οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἓν. Καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. Ταλανίζονται νῦν οἱ διὰ τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν τὰ τῶν πλησίον παρατεμνόμενοι (4), καὶ μήτε ἐν ἀγροῖς ταῖς οἰκείαις ἀρκούμενοι κτήσεσι, μήδε ἐν ταῖς οἰκήσεσιν ἀρκούμενοι τοῖς (5) ἑαυτῶν, ἀλλὰ παρορίζοντες μὲν τοὺς πέλας ἐν τῇ γεωργουμένῃ, προσπεριβαλλόμενοι δὲ τὰ τῶν γειτόνων οἰκήματα, ὑπὸ τῆς οἰκείας πλεονεξίας στενοχωρούμενοι, καὶ μένειν ἐν τοῖς οἰκείαις ὄροις οὐκ ἀνεχόμενοι, ἀλλ' εὐλόγῳ δὴ ταύτῃ κατακε-

⁶⁴ Psal. cxli, 2. ⁶⁵ Gen. xix, 13.

(3) Colbertinus primus, ἔσονται οἰκίαι μεγάλαι. Illud, quod mox sequitur, ποιήσει κεράμιον ἓν, interpretans Hieronymus, ita scribit: *Pro laguncula, quam soli LXX transtulerunt: omnes alii datum interpretati sunt... In sterilitate ergo nimia quæ sequetur captivitatem, decem jugera vinearum facient datum, id est, tres amphoras.*

(4) Regii duo, περιτεμνόμενοι.

(5) Editi, ταῖς. At mss. nostri omnes, τοῖς: ubi arbitramur suppleri debere illud, ὑπάρχουσι, suis facultatibus.

χρημενοι προφάσει πρὸς τὴν ἄμετρον φιλονημο-
σύνην, τῷ (6) δοκεῖν προσεχῆ καὶ συνημμένα εἶναι
τὰ τῶν γειτόνων. Πρὸς οὓς ἐλεγκτικώτατα ὁ λόγος
ἀπήντησεν, εἰπὼν· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς
γῆς; Εἰ γὰρ ὅτι γείτων ὁ τὴν ἔχομένην γῆν γεωρ-
γῶν ἀφαιρεθῆναι δίκαιος, δηλονότι, τούτου ἐκβλη-
θέντος, ἕτερός σοι πάλιν γείτων ἀναφανήσεται, καὶ
τὸ αὐτό σοι (7) πάλιν καὶ πρὸς ἐκεῖνον λέγειν ἡ πλεο-
νεκτικὴ καρδία ὑποβάλλει, εὐλογον ὑποδεικνύουσα (8)
εἶναι σεαυτοῦ ποιήσασθαι τὰ πλησιόχωρα. Ὅταν δὲ
κάκεϊνος γυμνωθεὶς ἀπέλθῃ τῶν ἰδίων, καὶ γέ-
νηται μέρος τῆς σῆς στήσεως ἢ τοῦ τρίτου χώρα·
πάλιν ἄλλος γείτων, ἄλλαι σπουδαί, ἀποδιῶξαι μὲν
τῶν ὑπαρχόντων ἐκεῖνον, ἑαυτοῦ δὲ ποιήσασθαι τὰ
τοῦ τετάρτου γείτονος. Τίς οὖν ἔσται σοι ὄρος τῆς
ἐπιθυμίας τοῦ πλείονος; Ὅρι γὰρ ἔοικεν ἡ πλεον-
εκτικὴ καρδία, διὰ τῆς καιομένης ὕλης πορευομένη, B
καὶ τὰ μὲν φθείροντι, τὰ δὲ ἐπερχομένη. Ἦπου κα-
θάπερ τοῦ ἐμπρησμοῦ σβέσις γίνεται ἡ ἀπορία τῆς
ὕλης, οὕτω καὶ τὴν πλεονεκτικὴν καρδίαν καὶ τὸν
ἀπλήρωτον ὀφθαλμὸν ἐκεῖνο ἴσθησι μόνον, τὸ μηδένα
ἔχειν τὸν συνοριζόμενον τοῖς κτήμασι. Πόρρωθεν οὖν
ἰώμενος ὁ λόγος τὸ πάθος, οἶονεὶ ἐπ' ἄδων τῆ φιλοκτημονί
ψυχῆ, ταῦτά φησι· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς;
remedium eminus afferens, animum divitiarum cupidum veluti carmine demulcens, profert isthæc:
Nunquid habitabilis soli super terram?

151. Εἰ γὰρ ἐπιθυμεῖς τῶν τοῦ γείτονος, γείτων δὲ σοι
πάντως οὐ λείπει· ἀνάγκη σε δηλονότι ἐπὶ τὰ ἔσχατα
φθάσαι τῆς καθ' ἑμᾶς οἰκουμένης. Εἰ δὲ τοῦτο ἀμή-
χανον, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐννοίας παῦσον σεαυτοῦ τὴν
πρὸς τὸ κακὸν ὀρμήν, ὦ ἄνθρωπε, ἀρκοῦμενος οἷς
παρέλαβες, ἐπιμένων οἷς ἔχεις, εἰδὼς, ὅτι καὶ μεγέθη C
οἰκιῶν, διὰ τὸ ἐξ ἀδικίας συστήναι, ἔρημά ἐστι τῶν
οἰκητόρων, καὶ πλῆθος χώρας (9), ἐκ πλεονεξίας πε-
ριβληθὲν, ἄγονον πολλάκις τῶν καρπῶν ἀπεδείχθη.
Προλαμβάνει γὰρ πολλάκις τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἡ
θεία δίκη, καὶ ἤδη τὰς ἀδίκως πεπορισμένας οἰκίας,
εἰς ἄχρηστον περίστησιν (10), ἀπὸ τῆς πολυανθρώ-
που οἰκήσεως καὶ τῆς λαμπρᾶς εὐθηνίας, ἐρήμους
τῶν οἰκητόρων ποιοῦσα. Πολλάκις γοῦν (11) ἐγνωμεν
ὄλα γένη ἄρδην ἀφανισθέντα, ὡς ἀπορία τῶν διαδεχο-
μένων καταρρύθηναι πρὸς γῆν τὰς μεγαλοφυεῖς καὶ
ὑπερηφάνους τῶν οἰκημάτων κατασκευάς. Ἀλλὰ καὶ
δοιοι μετὰ παρορισμοῦ τῶν πλησίον τοὺς ὄρους τῶν
οἰκείων κτήσεων ὑπερεξέτειναν, διὰ τὸ ἀπὸ στενα-
γμοῦ τῶν ἡδικημένων συμπεπορίσθαι τὰς κτήσεις,
πάντως ἀλλότριον τῆς θείας ἀπεδείχθησαν εὐλογίας·
ὥστε ἔνθα δέκα ζεύγη βοῶν εἰργάσατο, μόγις κερά-
μιον ἐν τρυγηθῆναι (12)· καὶ ἔνθα ἐξ ἀρτάβαι κατ-
εσπάρησαν, τρία μέτρα συνάγεσθαι τῶν καρπῶν, ἀπερ
ἐστὶ πολλοστημόριον τῶν σπερμάτων.

(6) Veteres quinque libri, τό. Editi et Colb. pri-
mus, τῷ.

(7) Editi, καὶ τοῦτό σοι. At nostri sex mss., καὶ τὸ
αὐτό σοι.

(8) Veteres quinque libri, ὑποδεικνύουσα. Editi cum
Reg. tertio, ὑποδεικνύουσα. Hoc ipso in loco sex
mss., ποιήσασθαι. Editi, ποιῆσαι. Statim sex mss.,
ἀπέλθῃ. Editi, ἀπελασθῆ, pro ἀπελαθῆ, *ejectus
est.*

A quod vicinorum prædia utpote contigua, et suis
conjuncta, sui ipsorum juris esse videantur. Quibus
Scriptura obsistit verbis perquam objurgatoriis, cum
ait: *Nunquid habitabilis soli super terram?* Si enim
a vicino terram quam colit, ideo æquum est auferri,
quod tibi contigua sit: profecto, eo ejecto, compe-
rietur rursus alter tibi vicinus esse. Atque denuo
avarum cor tibi suggeret, ut hoc idem etiam adver-
sus illum dicas: suadet scilicet, fore, ut fiat aliquid
rationi consonum, si tibi terram finitimam vindices,
Postquam autem abierit ille, bonis suis spoliatus,
et tertii ager possessionis tuæ partem effecerit: ite-
rum adest vicinus alius: jam nascuntur aliæ curæ,
quomodo illum quidem a suis prædiis abigas, ac
quarti hujus finitimi bona tibi assumas. Quem ergo
finem huic tuæ cupiditati plura habendi imposi-
turus es? Etenim cor avarum igni consimile esse
videtur per accensam materiam evaganti, alia qui-
dem depascenti et corrumpenti; in alia vero invo-
lanti ac iusilienti. Profecto sicut materiæ inopia
incendium extinguit: ita et cor immodica cupi-
ditate acquirendi flagrans, oculusque inexplebilis eo
duntaxat coceretur, quod neminem habeat suis pos-
sessionibus confinem. Itaque Scriptura morbo huic

151. Etenim si quæ sunt vicini concupiscas, vi-
cinus autem non sit utique tibi defuturus; necesse
486 omnino fuerit ut ad terræ hujus nostræ habi-
tabilis extrema pertingas. Quod si id fieri non potest,
tuam ipsius ad malum proclivitatem, priori tuo con-
silia fotam reprime, o homo, iis quæ accepisti.
contentus, iis quæ possides, immorans: præsertim
cum noveris magnas illas ædes, quod per injusti-
tiam constructæ sunt, destitui habitatoribus; am-
plamque regionem, quæ ex avaritia circumjaceat,
infructuosam non raro ostendi. Nam justitia divina
sæpe futurum illud judicium anticipat, jamque do-
mos inique comparatas nullius frugis reddit, et licet
prius ab habitatoribus multis frequentarentur, splen-
didaque opum copia replerentur, desertas inhospita-
tasque efficit. Novimus sane integras familias non
raro fuisse penitus e medio sublatas, ita ut defi-
cientibus successoribus, in terram ruerent magni-
ficæ illæ ac superbæ ædificiorum structuræ. Imo
etiam quicumque usurpatis proximorum agris, limi-
tes possessionum suarum plus æquo extenderunt,
eo quod possessiones illæ non sine gemitibus eo-
rum qui injuria afficiebantur, fuerant acquisitæ,
facti sunt omnino a divina benedictione alieni. Unde
ubi decem boum juga araverant, vix laguncula

(9) Veteres sex libri, χώρας. Editi, ἀγρῶν, paulo
melius, sed sine ulla auctoritate.

(10) Nostri sex mss., περίστησιν. Editi, περι-
στῶσα.

(11) Editi, οὖν. At sex mss., γοῦν.

(12) Ubi in editis legitur, τρυγηθήσεται, in nostris
sex veteribus libris scribitur, τρυγηθῆναι. Aliquan-
to post nostri sex mss., ἔχει μὲν οὖν. Deest οὖν in
vulgatis.

una vindemiabitur, et ubi sex artabæ fuerant seminatæ, vix tres fructuum mensuræ colligentur: quæ seminum pars est minima.

152. Et quidem sententia isthæc ex se multum A habet utilitatis. Sed quivis, si studiosus est et laborum patiens, ex hac propheta juxta mysticum et reconditum sensum considerata emolumentum majus percipere potest. Etenim per uniuscujusque domum dogmata actionesque possunt intelligi ob densum adunatumque artificium, quod in opinionibus de unoquoque dogmate habitis reperitur. Eam ob causam, quemadmodum in domo fundamentum reliquæ structuræ supponitur: ita et in dogmatibus quædam bases sunt ac principia prima, quibus innixi dogmata sua disseminant; et quæ sequuntur, ordine et conjunctim principiis primis connectunt. Quicumque igitur fidei dogma, quod pro fundamento ac principio habet Dominum nostrum Jesum Christum, cum dogmatibus alienis et a pietate remotis consociant, ii sunt qui per Scripturam desententur ceu rem indecoram peragentes, quippe qui domum domui jungant. Quod enim pietatis dogmata domus appellata sint, Dominus ipse per parabolam nos edocuit, dicens: *Omnis qui audit verba hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram* ⁶⁶. Sed et Paulus nos in priore ad Corinthios Epistola docere videtur, quemlibet eorum qui Christum **487** crediderunt, sibi ipsi ædificare domum. *Fundamentum enim aliud, inquit, nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam* ⁶⁷. Quoniam autem ex iis, qui dogmata concinnant, alii quidem risu et ludibrio digna sentientes rem ædificant veluti ludicram et deridiculam, alii vero honestiores, res serias ac laudabiles struunt: Michæas domos eorum qui ridiculos se præbent, demolens, ait: *Qui in Geth, ne magnificemini: et qui in Acarim, nolite reædificare ex domo in derisum vestrum* ⁶⁸. Et rursus ille ipse pravos doctores increpans, dicit: *Audite nunc hæc, duces domus Jacob, et reliqui domus Israel: qui abominamini iudicium, et omnia recta pervertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in iniquitatibus* ⁶⁹. Quisquis enim dogmata aliena comminiscitur, ædificat Sion, hoc est, suam ipsius speculam, in sanguinibus: et qui constituit

 καὶ πάντας τοὺς ἀμαρτωλοὺς ἐξολοθρεύσει. Καὶ
 ἐνταῦθα τοίνυν πολλὴν τοῖς ἐπιστρέψασιν (86) ἐμφή-
 ναντα χρηστότητα τὰ εἰρημένα, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὰ
 πικρότερα πάλιν ἐπανατείνεται. Ἐκούσαμεν τὴν
 ὕβριν Μωάβ. Ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου,
 τὸν πρῶτον τὴν ἀποστασίαν καινοτομήσαντα, τὸν
 ἐξυβρίσαντα εἰς τὸν κτίστην, τὸν ἐνυβρίζοντα τοῖς
 ἀνθρώποις, καὶ καταπατήσαντα αὐτοὺς ὕβρει καὶ
 ὑπερηφανίᾳ, εἴρηται ταῦτα. Οὗτος γὰρ ἐστὶν ὁ καθ-
 υβρίζων τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τοὺς μὲν ὡς (87) ἀν-
 δραποδώδεις καὶ διὰ νῆν ἄγνοιαν οὐδὲν αὐτῶν διαφέ-
 ροντας. Οὗτος ὁ ἐνεργῶν ἐκάστῳ τὴν λοιδορίαν· οὗ-
 τος ὁ ἀναπειθὼν τοὺς αἰρέσειών τινων προσεστῶτας
 ἀδικίαν μὲν εἰς νό ὕψος λαλεῖν, εἰ δέ ποτε εἰς ζήτη-
 σιν (88) συγκαταβαίνοιν, διδάσκων τὸν μὲν λόγον
 μὴ βασανίζειν, ὑβρίζειν δὲ τὸν δυνάμενον ἐλέγχειν
 τὴν ἀτοπίαν τῶν δυγμάτων αὐτοῦ. Θεραπεύων οὖν
 αὐτὸν (89) ὁ Κύριός φησι· Τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ
 ἐξῆρα. Ὡς γὰρ νόσου ἀφαίρεσις ἐστὶ τὸ πονηρὸν
 τῆς ἀλαζονείας πάθος. Ἀλλὰ καὶ ἡ ὕβρις αὐτοῦ,
 φησὶ, καὶ ἡ μῆνις αὐτοῦ. Ἰδιόκτητα τοῦ Μωάβ τὰ
 πάθη ταῦτα· πονηρῶν κτημάτων δεσπότης ὁ Μωάβ,
 ὕβριως μὲν τῆς ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ πλησίον ἐπινοουμένης.
 μῆνιδος δὲ τῆς ἐμμόνου καὶ παρατεταμένης ὀργῆς.

307. Ἐἶτα ἐπιφέρει· Οὐχ οὕτως ἡ μαντεία (90)
 σου, οὐχ οὕτως. Ὀνειδίζει τὴν παλαιὰν ἐπίνοιαν
 τοῦ Μωάβ, μηδὲν τῆς τοῦ Βαλαάμ μαντείας δυνη-
 θείσης ποιῆσαι τῷ Ἰσραὴλ, ἐπεὶπερ Κύριος ὁ Θεὸς
 ἔστρεψε τὸ στόμα αὐτοῦ ἀπὸ κατάρας εἰς εὐλογίαν,
 Οὐχ οὕτως, φησὶν, ἡ μαντεία σου, οὐχ οὕτως.
 Μετεπέμψατο γὰρ Βαλαὰμ υἱὸς Σεπφῶρ βασιλεὺς Μωάβ
 τὸν Βαλαάμ τὸν μάντιν, οὗ τὰ μαντεῖα (91) ἐν ταῖς
 χερσὶν ἦν, καὶ εἶπεν· Ἐπάρασά μοι τὸν λαὸν
 τοῦτον. Οὐχ οὕτως οὖν ἀπήντησε τὰ μαντεῖα, αὐτοῦ
 ἀποκριναμένου τοῦ Βαλαάμ· Τί ἐράσσομαι ὃν μὴ
 ἀρᾶται Κύριος; καὶ τί καταράσσομαι ὃν μὴ κατ-
 ἀρᾶται ὁ Θεός; Ἐἶτα προφητεύει ὀλολυγμὸν τῇ Μωα-
 βίτιδι· Ὀλολύξει (92) γὰρ, φησὶν, Μωάβ· ἐν γὰρ

A apud Psaltem : *Suavis Dominus universis* ⁸⁰. Et
 posteaquam multa de bonitate dixit; quod eos qui
 corruunt, suffulciat, detque escam in tempore op-
 portuno ⁸¹, nequaquam in se continet, sed sub-
 jungit : *Custodit Dominus omnes diligentes se, et
 omnes peccatores disperdet* ⁸². Itaque et hic cum
 prolata verba multum ostenderint lenitatis atque
 elemeniæ iis qui se convertunt, rursus ab alio
 principio intentantur amariora. *Audivimus contumeliam Moab*. Dicta sunt hæc adversus mundi hu-
 jus principem, qui primus defecit, qui fuit in con-
 ditorem suum contumeliosus, hominesque injuria
 afficit et eos per contumeliam ac superbiam pro-
 culcavit. Hic est enim qui Ecclesiæ alumnos tan-
 quam si manciparentur servituti, nihilque a servis
 per ignorantiam differrent, **611** injuriose tractat.
 Hic conviciatur singulis; hic inducit quarumvis
 hæresum duces ac præfectos ut in excelsum iniqui-
 tatem loquantur ⁸³ : qui si quando ad quæstionem
 expendendam convenient, edocet rationem quidem
 non excutere, sed eum qui suorum dogmatum ine-
 ptias confutare posset, contumeliis insequi. Dominus
 igitur ei medelam adhibens ait : *Superbiam ejus
 sustuli*. Nam cum pessimum superbix vitium au-
 fertur, veluti morbus quidam aufertur : sed *Et
 contumelia ejus*, inquit, *et ira ejus*. Vitia illa pec-
 liariter ipsi Moab competunt. Possessionum iniqua-
 rum dominus est Moab, nempe tum contumeliæ ad
 dedecus proximi excogitatae, tum iræ, ceu perma-
 nentis et diu stantis iracundiæ.

307. Deinde addit : *Non sic divinatio tua, non
 sic*. Exprobrat vetus consilium Moab quod Balaam
 divinatio nihil potuisset detrimenti populo Israeli-
 tico inferre; quandoquidem Dominus Deus a male-
 dictione ad benedictionem os illius deflexerat. *Non
 sic*, inquit, *divinatio tua, non sic*. Accersivit enim
 Balac filius Sephor Moabitarum rex vatem Balaam,
 cujus vaticinia in manibus erant, et dixit : *Maledic-
 mihi populo huic* ⁸⁴. Non sic certe evenerunt vati-
 cinia, ipso Balaam respondente : *Ut quid maledi-
 cam cui non maledicit Dominus? et quid male pre-
 cabor, cui male non precatur Deus* ⁸⁵? Deinde ulula-
 tum prænuntiat Moabitidi. Ait enim : *Ululabit
 Moab : nam in Moabide omnes ululabunt*. Proinde

⁸⁰ Psal. cXLIV, 9. ⁸¹ ibid. 14. ⁸² ibid. 29. ⁸³ Psal. lxxii, 8. ⁸⁴ Num. xxiii, 7. ⁸⁵ ibid. 8.

(86) Codices duo, τοῖς ἐπιστρέφουσιν. Ibidem D
 Colb. secundus et Reg. secundus, ἐμφήσαντα χρη-
 στότητα.

(87) Editi, τοὺς μὲν ὡς. Vocula ὡς in nostris
 quinque mss. non invenitur.

(88) Editi, εἰς ζήτησεις. At quinque mss., εἰς
 ζήτησιν. Combefisius in suo codice Henriciano a
 fronte paginæ hoc invenit scholii : Τοῦτο πεπόνθασιν
 καὶ ὁ Ἰταλὸς καὶ ὁ Νεῖλος. Ἐλεγχόμενοι γὰρ ἐπ'
 ἀσεβείᾳ, τοὺς ἐλέγχοντας ὑβρίζον, *Id contigit et Italo
 et Nilo. Nam cum impietatis coarguerentur, eos qui
 coarguebant, insequiebantur contumelia*. Audiamus
 jam virum doctissimum cujus hæc est conjectura :
*Videtur, inquit, hic Italus, Michaelis Pselli æmulus,
 et ipse φιλοσόφων ὕπατος· cujus exstant opuscula in
 Bibl., Reg., cui valde infensa Anna Commena, ut mi-*

D *rifice Psellum laudat. Nilus vero, quem Maximi anti-
 quarius in Reg. magno codice, qui fuit Raphaelis
 Dufreux, sæpius sugillat. Huc usque Combefisius.*

(89) Editi, θεραπεύων αὐτόν. Deest αὐτόν in no-
 stris codicibus. Hic desinit Colb. secundus codex
 optimæ notæ et antiquissimus. Locus hic ut intelli-
 gatur, supple ἀρθὲν post vocem πάθος, *Postquam
 sublatum est vitium superbix, ium fit morbi quasi
 amotio*.

(90) Typographi, quæ erat eorum escitantia, pro
 μαντεῖα ediderant πονηρία. Mox editi, μηδὲν τοῦ
 Βαλαάμ τῆς μαντείας. At mss., μηδὲν τῆς τοῦ Βα-
 λαάμ μαντείας.

(91) Editi, μαντεῖα αὐτοῦ. Deest αὐτοῦ in nostris
 quatuor codicibus.

(92) Codex unus, ὀλολύξει. Editi, ὀλολύξει.

cum ululatus vox sit dolore plena, a mulieribus ut plurimum gravissimo luctu correptis emissa; ut plagæ inflictæ acerbiter, ita eorum qui male afficiuntur infirmitatem ostendit, cum dicit: *Ululabit Moab.*

308. *Habitantibus Sedec meditatio.* Hanc vocem quæ obscura est, explanant reliqui interpretes. Ait enim Symmachus: *Ad exsultantes in muro testaceo loquimini.* Non desunt qui magnifice de se ob dialecticam sentiant, et præsidio ab ea petito tanquam muro inexpugnabili dogmata sua circumcingant. Hi igitur qui lætantur, inveniuntur in muro testaceo. Et ut planum fieret, quid sit murus testaceus, adjecit illud: *Loquimini.* Ecquid autem testa fuerit captu facilius? Qui in fabulis vilibus et pro nihilo ducendis gloriantur, in muro testaceo loquentes, oblectantur. Hoc sibi vult illud: *Habitantibus Sedec meditatio.* Et quidem bona est meditatio, meditari legem Domini die ac nocte: sed meditatio Moabitæ mala est et prava, quia erit habitantibus Sedec meditatio. Quicumque ergo fabulas ignominia dignas meditantur, nequaquam pudore afficientur. Quare *campi Esebon lugebunt.* Irrogata pro impudentia pœna, infecunditas est camporum Esebon. Est autem Esebon **612** nomen civitatis Moabiticæ, quæ in suburbiis sibi circumjacentibus amplum agrum habet: quæ ob flagitiosam incolarum meditationem infecunda erunt et infructuosa, emolumentum nullum colonis suis afferentia. Quod si ex ipsa etiam verbi notione ac intelligentia par sit aliquam arripere occasionem: Esebon, si quis interpretetur, idem valet quod *cogitatio.* Itaque vanarum ac futillum cogitationum multitudo quæ nomine camporum designatur, ideo lugebit, quod impiorum dogmatum pravitas nihil sit sibi profectura.

309. *Vinea Sebama, qui deglutitis gentes, conculcate vineas ejus usque Jazer: ne conjunxeritis: errate per desertum: missi derelicti sunt, transierunt enim mare.* VERS. 9, 10. *Et ideo plorabunt quasi ploratum Jazer, vineam Sebama. Arbores tuas dejecit Esebon et Eleale, quia messem tuam et vindemiam tuam conculcabo, et omnia concident. Et tollitur lætitia et exsultatio de vineis: et in vineis tuis non lætabuntur, neque calcabunt vinum in torcularibus: etenim cessavit.* Superius dictum est: *Campi Esebon lugebunt.* Nunc additur: *Et vinea Sebama:* subauditur, *lugebit.* Itaque unaquæque gens vineam aliquam habere dicitur, sicuti est Sodomorum et

(93) Codices F. H. J. cum Colb. primo, φθέγγασθαί. Reg. tertius et editi, φθέγγασθε, nec aliter legitur apud Procopium, psg. 236. Notandum tamen, quod Reg. tertius habeat et ipse paulo post perinde atque alii mss., προσέθηκε τὸ φθέγγασθαι.

(94) Editi. Οἱ οὖν. Pro οὖν in tribus mss. legitur, ἐν.

(95) Editi, οἱ διαλογισμοί. At Regii primus et tertius, ὁ διαλογισμός. Nec ita multo post mss. no-

τῇ Μωαβίτιδι πάντες ὀλολύξουσιν. Ἐπεὶ οὖν ὁ ὀλολυγμὸς φωνὴ ὀδυνηρὰ ἐστὶν ὑπὸ γυναικῶν, ὡς τὰ πολλὰ, ἐν πένθει βαρυτάτῳ κεκρατημένων ἀφιεμένη, δείκνυσι καὶ τῆς πληγῆς τὸ ἀλγεινὸν, καὶ τῶν πασχόντων τὸ ἀσθενὲς ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι Ὀλολύξει Μωάβ.

308. Τοῖς κατοικοῦσι Σεδὲκ μελέτησις. Ταύτην τὴν φωνὴν ἀσαφῶς ἔχουσιν οἱ λοιποὶ σαφηνίζουσιν. Ὁ γὰρ Σύμμαχος φησὶ· Τοῖς εὐφραϊνομένοις ἐν τῷ τείχει ὀστράκινῳ φθέγγασθε (93). Εἰσὶ τινες οἱ μέγα φρονούντες ἐπὶ διαλεκτικῇ, καὶ οἶονεὶ τεῖχος ἀκαθαίρετον τὴν ἀπ' αὐτῆς βοήθειαν τοῖς δόγμασι περιβάλλοντες. Οὗτοι τοίνυν εὐφραϊνομένοι, εὐρίσκονται ἐν τῷ τείχει τῷ ὀστράκινῳ. Καὶ ἵνα δειχθῇ, τί τὸ ὀστράκινον τεῖχος, προσέθηκε τὸ, φθέγγασθε. Τί δ' ἂν ὀστράκου γένοιτο εὐαλωτότερον; Οἱ ἐν (94) εὐτέλεσι καὶ οὐδενὸς λόγου ἀξίοις μύθοις ἐναβρυνόμενοι, οὗτοι εὐφραίνονται ἐν τῷ τείχει τῷ ὀστράκινῳ φθειγόμενοι. Τοῦτό ἐστι τὸ, Τοῖς κατοικοῦσι Σεδὲκ μελέτησις. Ἀγαθὴ μὲν οὖν μελέτησις, τὸ μελετᾶν τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτός· πονηρὰ δὲ ἡ τῶν Μωαβιτῶν, ὅτι ἔσται τοῖς κατοικοῦσι Σεδὲκ μελέτησις. Οἱ τοίνυν μελετῶντες ἐπ' ἀσχύνης ἀξίοις λόγοις οὐκ ἐντραπήσονται. Διὰ τοῦτο τὰ πεδία Ἐσεβῶν πενθήσει. Τιμωρία τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι, ἡ ἀφορία τῶν πεδίων Ἐσεβῶν. Ἔστι δὲ πόλεως ὄνομα Μωαβιτικῆς, εὐρυχωρίαν ἔχούσης ἐν τοῖς περικειμένοις αὐτῇ προαστείσι· ἃ διὰ τὴν πενηρὰν τῶν κατοικούντων μελέτησιν ἄγωνα ἔσται καὶ ἄκαρπα, οὐδεμίαν ὠφέλειαν τοῖς κατοικοῦσι παρέχοντα. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἐκ τῆς τοῦ ῥήματος διανοίας λαβεῖν τινα ἀφορμὴν· Ἐσεβῶν ὁ διαλογισμὸς (95) ἐρμηνεύεται. Τὰ οὖν πλήθη τῶν ματαίων διαλογισμῶν ἃ πεδία ὀνόμασται, πενθήσει, ὡς εἰς οὐδὲν προχωρούσης τῆς οἶονεὶ πονηρίας τῶν ἀσεβῶν δογμάτων.

309. Ἄμπελος Σεβαμά, καταπίνοντες τὰ ἔθνη, καταπατήσατε τὰς ἀμπέλους αὐτῆς ἕως Ἰαζήρ. Οὐ μὴ συνάψητε· πλανήθητε τὴν ἔρημον· οἱ ἀπεσταλμένοι ἐγκατελείφθησαν (96)· διέβησαν γὰρ τὴν θάλασσαν. Καὶ διὰ τοῦτο κλαύσονται (97), ὡς τὸν κλαυθμὸν Ἰαζήρ, ἄμπελον Σεβαμά. Τὰ δένδρα σου κατέβαλεν Ἐσεβῶν καὶ Ἐλεαλή, ὅτι ἐπὶ τῷ θερισμῷ σου καὶ τῷ τρυγητῷ σου καταπατήσω, καὶ πάντα καταπεσοῦνται. Καὶ ἀρθήσεται εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἐκ τῶν ἀμπελιῶνων, καὶ ἐν τοῖς ἀμπελώσι σου οὐ μὴ εὐφρανθήσονται, καὶ οὐ μὴ πατήσωσιν εἰς τὰ ὑπολήνια οἶνον· πέπαυται γάρ. Κατόπιν εἴρηται· Τὰ πεδία

tri, ἃ πεδία. Vocula ἃ in editis desideratur.

(96) Codex unus, ἐγκατελήφθησαν, circumventi sunt.

(97) Editi et nostri quatuor mss., κλαύσονται, plorabunt. At LXX, Eusebiusque et Procopius, κλαύσομαι, plorabo. Mox editi et duo mss., ἄμπελον Σεβαμά. Alii duo mss., ἄμπελος. *Vinea Sebama.* Subinde editi, θερισμῷ καὶ ἐπὶ τῷ. Libri veteres, θερισμῷ σου καὶ τῷ.

Ἐσεβῶν πενθήσει· νῦν πρόσκειται (98), ὅτι καὶ Ἄμπελος Σεβαμά· ἀπὸ (99) κοινοῦ τὸ πενθήσει. Ἐκάστου τοίνυν ἔθους λέγεται· τις ἄμπελος, οἷον Σοδόμων καὶ Γομόρρας· ἰδιάζουσα ἔστιν ἡ ἄμπελος. Διὸ γέγραπται τὸ, ὅτι Ἐξ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας. Οὕτως ἔστι καὶ ἡ Αἰγυπτίων ἄμπελος, ἣν πατάσσει ὁ Θεός, κατὰ τὸ εἰρημένον. Ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν, καὶ τὰς συκαμίνας αὐτῶν ἐν τῇ πάχνῃ. Ἔστι δὲ τις ἄμπελος, ἣν ἐφύτευσεν ὁ Κύριος. Ἄσω γὰρ τῷ ἡγαπημένῳ ἄσμα τοῦ ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἀμπελῶν (1) ἐγενήθη τῷ ἡγαπημένῳ ἐν κέρατι ἐν τόπῳ πίονι. Ἄλιν ἀμπελῶν ἡ Βασιλεία τοῦ Θεοῦ εἴρηται, ὡς ὁ Κύριος παρέστησε διὰ τῆς παραβολῆς τῶν γεωργῶν, τῶν ἐκλαθόντων μὲν τὸν ἀμπελῶνα, τοὺς δὲ καρποὺς μὴ ἀποδιδόντων. Ἀρθήσεται γὰρ, φησὶν (2), ἀφ' ὕμῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσεται ἔθνεϊ ποιούντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Ὡσεὶ ἔλεγε· Τὰ θεῖα λόγια ἀφ' ὕμῶν ἀρθήσεται, ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, διὰ τὸ μὴ πολιτεύεσθαι ὑμᾶς κατὰ τὸ βούλημα αὐτῶν· καὶ δοθήσεται τὰ νοήματα ἔθνεϊ διὰ τῆς πολιτείας ποιούντι τοὺς καρποὺς αὐτοῦ. Ὡς οὖν ἐνταῦθα ἄμπελος ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, οὕτως ἄμπελος Αἰγύπτου ὁ λόγος ὁ ψευδῆς ἐμπολιτευόμενος τοῖς Αἰγυπτίοις, παρὰ τοῦ κοσμοκράτορος τοῦ σκότους τούτου παραδεδομένος αὐτοῖς εἰς γεωργίαν, καὶ ἀμπελῶν πεφυτευμένος ἐν Σοδόμοις ὁ πονηρᾶ συνηθεία τοῦ βίου ὑπὸ κακῶν τῶν ἐκεῖ μισθαρουμένων τῷ διαβόλῳ ἐκπονούμενος. Οἱ οὖν τὰ ἐκείνου μαθόντες, καὶ τὰ τοῦ Κυρίου δόγματα ἀποβάλλοντες (3), ἐξερρίζωσαν μὲν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τοῦ Θεοῦ τῆς ἀληθείας, τοῦ εἰπόντος· Ἐγὼ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Ἠγάγοντο δὲ ἀπὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρων τὴν κληματίδα, διὸ καὶ γεωργοῦσι σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυον πικρίας· καὶ θυμὸς ἐστὶ δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος.

310. Καὶ ἡ (4) τοίνυν λεγομένη ἄμπελος Σεβαμά, ἐπειδὴ ἐρμηνεύεται τὸ Σεβαμά ἐπιστροφῆ, τάχα λόγος τίς ἐστι ἐσχηματισμένος, προσποιούμενος μὲν ἔχειν τινὰ εὐλάβειαν καὶ ἀναχώρησιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν προσκλήσεων, ἐν δὲ τῷ σχηματισμῷ τούτῳ ὑπαγόμενος πολλοὺς εἰς τὴν οἰκείαν διαστροφὴν. Εὐροῖς δ' ἂν καὶ πολλοὺς τῶν ἑτεροδοξούντων (5) ἐπιστρεπτικοὺς καὶ εἰς βίον τεταγμένον προτρεπτικοὺς λόγους, οὓς τινὰς ἐὰν νοήσωμεν οὐκ ἀληθινῶς ἐπιστρέφοντας, ἀλλ' ἐγκαθέτους ἐπὶ θεοσεβείᾳ τῶν πολλῶν προεδαλλομένους· ἐπιφθεγξώμεθα εὐκαίρως, ὅτι τῶν

⁸⁶ Deut. xxxii, 32. ⁸⁷ Psal. lxxvii, 47. ⁸⁸ Isa. v, 1. ⁸⁹ Matth. xxi, 33 seq. ⁴⁰ ibid. 43. ⁴¹ Joan. xv, 1. ⁴² Deut. xxxii, 32.

(98) Editi et tres mss., πρόσκειται. Ait Combefisius, mallo se πρόσκειται· sed debuerat antiquiorem suum codicem legere, in quo quod malebat, reperisset.

(99) Præclara est et erudita Ducæi nota in illud, ἀπὸ κοινοῦ· cujus ignoratione viri cæteroquin peritissimi non raro lapsi sunt. Quare eam hic quoque typis mandare non pigebit. Tilmannus, inquit, ediderat, A communi quidem de utraque gente dicitur, quia lugebunt, seque plangent. Hoc est de Esobon et de Sebama; sed illa phrasis Græca ἀπὸ κοινοῦ nihil aliud sonat, quam verbum πενθήσει subau-

A Gomorrhæ propria quædam et peculiaris vinea. Quapropter scriptum est: *Ex vinea Sodomorum, vinea eorum: et palmes eorum ex Gomorrha* ⁸⁶. Ita quoque quædam est Ægyptiorum vinea, quam percussit Deus, juxta dictum illud: *Occidit in grandine vineam eorum, et moros eorum in pruina* ⁸⁷. Est autem vinea aliqua, quam plantavit Dominus. *Cantabo enim dilecto canticum dilecti mei vineæ meæ. Vineam factam dilecto in cornu, in loco pingui* ⁸⁸. Rursus regnum Dei appellatum est vinea, uti expressit Dominus in agricolarum parabola ⁸⁹ qui quidem curam susceperant colendæ vineæ, sed fructus nequaquam reddebant. *Auferetur enim, inquit, a vobis regnum cælorum, et dabitur genti facienti fructus ejus* ⁴⁰. Ac si diceret: Eloquia divina a vobis auferentur, lex scilicet et prophetæ; quippe quia ex illorum mente ac placitis vitam vestram minime instituistis; et eorum intelligentia genti quæ fructum ejus per vitæ institutum faciet, dabitur. Quemadmodum igitur hic vinea dicitur sermo veritatis: ita vinea Ægypti est sermo mendax inter Ægyptios commorans, qui a principe mundi tenebrarum harum eis fuit ad colendum traditus. Vineam quoque in Sodomis plantatam, ea est quæ per flagitiosam vitæ consuetudinem a quibusvis sceleratis illic diabolo operam suam mercede locantibus excolitur. Itaque qui rejectis Domini dogmatibus, diaboli placita discunt, ii a vera illa Dei vite sese radicitus avulsere, quandoquidem dicit: *Ego sum vitis vera* ⁴¹. E Sodomis autem et Gomorrha sumpserunt suum palmitem: quapropter fructum referunt, **613** uvam scilicet fellis, et botrum amaritudinis; et furor draconum est vinum eorum, et furor aspidum insanabilis ⁴².

310. Itaque quæ vinea dicitur Sebama (quandoquidem si interpreteris, Sebama idem sonat quod *conversio*), forte sermo quidam est simulatus, qui quidem nonnihil pietatis et quemdam a pravis illecebris recessum præ se ferre simulat, sed per simulationem hanc non paucos pellicit in suam perversitatem. Invenias etiam complures heterodoxorum libros, qui ad morum emendationem spectent, et ad vitam rite instituendam adhortentur. Quos si intellexerimus non vere conversioni inservire, sed ideo proferri ut insidiæ pietati vulgi struantur, jure

diendum. Plura qui cupit, fontem ipsum adire potest.

(1) Editi et duo mss., τῷ ἀμπελῶνι· ἀμπελῶν. Alius ms. ut in contextu,

(2) Verbum φησὶν e Reg. secundo addidimus.

(3) Editi ἀποβάλλοντες. At mss., ἀποσαλόντες.

(4) Editi, ἡ νῦν· Vocula νῦν in mss. non reperitur.

(5) Veteres quatuor libri, ἑτεροδοξούντων. Editi, ἑτεροδόξων. Aliquanto post editi, ἀλλ' ἐγκαταθέτους. At mss. quatuor, ἀλλ' ἐγκαθέτους, bene.

optimo dixerimus eorum culturam esse vineam **A** Schama : hoc est, doctrinam, ex pietate et ex sana theologia nequaquam desumptam, sed esse documenta quædam ac præcepta, quibus morum honestas, societasque et liberalitas contineantur. Id ipsum est vinea Sebama, a Moabitibus exculata : quæ cum ex se uberes fructus profert, gentes deglutire dicitur. Hi enim alienorum dogmatum antistites, per dialecticam in qua sunt exercitati, et per omnem verborum peritiam quoslibet philosophiæ rudes atque hominum vulgus subigentes, eos quos capiunt, quasi deglutiunt. Proinde ad hos spectat sententia isthæc : *Vos qui deglutitis gentes*. Postquam sermones ejusmodi contempseritis, eos conculcate. Non enim poteritis, utpote in his occupati, conjungere vos ac connectere cum Jazer, quæ si interpretaris, dicitur *fortitudo*. Fieri igitur non potest ut excipiatis fortitudinem, quam Spiritus confert recte ambulanti, nisi vineas Sebama conculcatis. Obliviscamini vestræ solitudinis, nec amplius in ea permaneat : quin potius ab ea aberrantes, eandemque relinquentes, in locis præstantioribus immoremur.

314. *Missi derelicti sunt*. Sunt nonnulli pseudapostoli, operarii dolosi, in apostolos Christi transfigurati, qui sunt derelicti a Deo. Cavete itaque decipiant vos, quasi re ipsa viribus polleant : omni quippe auxilio destituuntur, suntque derelicti. Sed hi ipsi etiam transierunt mare. Quid autem hoc sibi velit, ita intelligendum est, nimirum ob id non immerito deserunt aliquos, quod aliquid vituperatione dignum egerint, videlicet quod mare trajecerint. Meo quidem iudicio mare accipit pro amarissimis tentationibus, quæ tentatis accidunt. Tale est enim illud : *Veni in altitudinem maris* ⁴³. Enimvero athleta adversos casus non refugit, neque trajicit mare : imo iis occurrit, nullamque non adoritur tentationem. Qui autem, ne persecutiones patiantur, semetipsos gentium genio accommodant, neve in certamen descendant ac labores exautient adversus desideria et appetitus corporis, cedunt voluptatum illecebris, hi mare trajecerunt. **614** Postea subjungitur : *Ideo plorabo quasi ploratum Jazer, vineam Sebama*. Haud equidem scio an fletus Jazer fletus sit fortitudinis, quem laudabiliter flent fortes viri, qui suam in hac vita commorationem lugentes, et de ea dolentes, animæ desiderio feruntur ac deficiunt in atria Domini ⁴⁴. Vel forte quemadmodum defletur fortitudo morbo consumpta, quod careat qui ea olim fruebatur : ita et fletus vineæ Se-

⁴³ Psal. LXXVIII, 3. ⁴⁴ Psal. LXXXIII, 3.

(6) Editi, ὅτι τοιοῦτον τὸ γεωργικόν. At Reg. secundus et Colbert. primus ita, ut in contextu videre licet. Nec ita multo post nostri quatuor mss., θεολογίας· οὔτε διδασκαλία περὶ σεμνότητος, καί.

(7) Ita mss. nostri. Editi vero, ἀμπέλους τῆς Σεβαμᾶ καταπατήσατε. Ἐπιλάθησθη δέ. Mox editi et Reg. tertius, ἐνδιατρίψατε. Alii tres mss., ἐνδιατρίψετε.

τοιούτων τὸ γεωργικόν (6) ἐστὶν ἄμπελος Σεβαμᾶ· τουτέστιν, οὐ περὶ θεοσεβείας μὲν, οὐδὲ περὶ τῆς ὑγιούς θεολογίας διδασκαλία, περὶ σεμνότητος δὲ καὶ περὶ τοῦ κοινωνικοῦ καὶ μεταδοτικοῦ ὑποθηκαί τινες. Τοῦτό ἐστιν ἄμπελος Σεβαμᾶ, ἡ ὑπὸ Μωαβιτῶν γεωργουμένη, ἥτις, πελλὰ ποιοῦτα τὰ ἑαυτῆς γεννήματα, καταπίνειν τὰ ἔθνη λέγεται. Οἱ γὰρ ἀλλοτρίων δογματῶν προεστηκότες, διὰ τῆς διαλεκτικῆς τῆς γεγυμνασμένοι τυγχάνουσι. καὶ πάσης τῆς ἐν λόγοις ἱκανότητος, ἠττώντες τοὺς ἀφιλοσόφους καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, οἴοναι καταπίνουσι τοὺς ἀλισκομένους. Πρὸς οὖν τούτους ὁ λόγος, ὅτι Ἵμεῖς οἱ καταπίνοντες τὰ ἔθνη. Καταφρονήσαντες τῶν τοιοῦτων λόγων, καταπατήσατε αὐτούς. Οὐ γὰρ δυνήσεσθε, ἐκ τοῦ περὶ ταῦτα ἀσχολεῖσθαι, συνάψαι ἑαυτοὺς, καὶ ἐνώσαι τῇ Ἰαζήρ, ἥτις ἐρμηνεύεται ἰσχύς. Ἀδύνατον οὖν ἐστὶν ὑμᾶς τὴν ἰσχὴν τὴν ἐκ τοῦ Πνεύματος ἐγγινομένην τοῖς ὀρθῶς πορευομένοις ὑποδέξασθαι, ἐὰν μὴ τὰς ἀμπέλους τὰς Σεβαμᾶ καταπατήσητε. Ἐπιλάθησθε (7) τῆς ὑμετέρας ἐρημίας, καὶ μηκέτι αὐτῇ ἐνδιατρίβητε, ἀλλ' ἀποπλανηθέντες αὐτῆς, καὶ καταλιπόντες, κρείττους χωρίους ἐνδιατρίψατε.

314. Οἱ ἀπεσταλμένοι ἐγκατελείφθησαν. Εἰσὶ τινες ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ, οἵτινες ἐγκαταλειμμένοι εἰσὶν ἀπὸ Θεοῦ· Μὴ τοίνυν ἐξαπατάτωσαν ὑμᾶς, ὡς ἔχοντες ἰσχὴν τοῖς πράγμασιν· ἀβόηθητοι γὰρ εἰσι καὶ ἐγκαταλειμμένοι. Οὗτοι δὲ αὐτοὶ καὶ διέβησαν τὴν θάλασσαν. Τί δὲ καὶ τοῦτο αἰνίσσεται, κατανοητέον, ἀξίως (8) διὰ τοῦτο ἐγκατάλειψαί τινες, ἐπεὶ ψεκτὸν πεποιθήκασιν, τὸ διαβῆναι τὴν θάλασσαν. Δοκεῖ τοίνυν μοι τὴν θάλασσαν λαμβάνειν εἰς τοὺς πειρασμούς, πικροὺς τυγχάνοντας τοῖς πειραζομένοις. Τοιοῦτον γὰρ ἐστὶ τὸ (9), Ἦλθον εἰς τὰ βᾶθη τῆς θαλάσσης. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἀθλητῆς οὐ φεύγει τὰς περιστάσεις, οὐδὲ διαβαίνει τὴν θάλασσαν, ἀλλ' ὁμοσε χωρεῖ τοῦτοις, καὶ ὑπέρχεται παντὶ πειρασμῷ. Οἱ δὲ ὑπὲρ τοῦ μὴ διώκεσθαι τοῖς ἔθνεσι συμπεριφερόμενοι, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀγωνίζεσθαι καὶ πονεῖν κατὰ τῶν σωματικῶν ὀρέξεων, ἐνδιδόντες πρὸς τὰς ἡδονὰς, οὗτοι διέβησαν τὴν θάλασσαν. Μετὰ τοῦτο λέγεται. Διὰ τοῦτο κλάυσομαι, ὡς τὸν κλαυθμὸν Ἰαζήρ, ἄμπελον Σεβαμᾶ. Μήποτε οὖν κλαυθμὸς Ἰαζήρ τῆς ἰσχύος ἐστὶ κλαυθμὸς, ὃν κλαίουσι μακαριστῶς οἱ ἰσχυροὶ, στενάζοντες μὲν τῇ εἰς τὸν βίβλο περικοκία, καὶ βαρυνόμενοι ἐπ' αὐτῇ, ποθοῦντες δὲ τῇ ψυχῇ καὶ ἐκλείποντες εἰς τὰς ἀβύσσους τοῦ Κυρίου. Ἡ μήποτε ὡς κλαίεται ἰσχύς ὑπὸ νόσου μαρανθεῖσα, παρὰ τὸ μὴ παρεῖναι τῷ ποτε αὐτὴν κεκτημένῳ, οὕτω καὶ ὁ

(8) Editi, ἀξίως τοῦ. Combefisius notat voculam τοῦ in duobus suis codicibus deesse : in quibus tamen perinde ut in reliquis reperiri constat. Sed tamen eam voculam delere non dubitavi, cum ipsam παρέλκειν obscurum non sit. Facile adducor ut credam pro τοῦ legi oportere που.

(9) Antiqui duo libri, καὶ τό. Aliquanto post editi, ἐπέρχεται. At mss. nostri, ὑπέρχεται.

κλαυθμός τῆς ἀμπέλου Σεβαμά γενήσεται ὡς ἀπομαρανθείσης, καὶ πυρὶ μελλούσης παραδίδοσθαι.

312. Μετὰ τοῦτο πρὸς τὴν Μωαβίτιν λέγεται· Τὰ δένδρα σου κατέβαλεν Ἐσεβὼν καὶ Ἐλεαλή. Οὐκ οὖν τὰ δένδρα τῆς Μωαβίτιδος ἢ Ἐσεβὼν καὶ Ἐλεαλή κατέβαλε. Τί δὲ καὶ ἀπὸ τούτων δηλοῦται, φέρε κατὰ τὸ δυνατόν παραστήσωμεν. Ἐρμηνεύεται ἢ μὲν Ἐσεβὼν, λογισμοί· ἢ δὲ Ἐλεαλή, Θεοῦ ἀνάβασις. Καταβάλλεται οὖν ἄμπελος ἄλλοτρία, καὶ δένδρα ὅσα οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ ὁ οὐράνιος, καὶ ἀνατρέπεται ἡ φυτεία τῶν ἑτεροδόξων ὑπὸ λογισμῶν ὀρθῶν καὶ τῆς ἀνόδου τῆς πρὸς Θεὸν ὑψούσης ἡμᾶς δι' ἔργων ἀγαθῶν. Μακάριος οὖν ἀνὴρ οὗ ἐστὶν ἀντίληψις αὐτοῦ (10) παρὰ σοῦ, ἀναβάσεις σου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Ὁ οὖν ἔχων ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ τὰς τοῦ Θεοῦ ἀναβάσεις, καὶ τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενος, δυνατός ἐστὶ τὰ τῶν ἑτεροδόξων καταστρέφεισθαι δόγματα, κακῶς πεφυτευμένα, καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ καρποφοροῦντα. Ἐπειτὰ φησιν, ὅτι Ἐπὶ τῷ θερισμῷ σου καὶ ἐπὶ τῷ τρυγητῷ σου καταπατήσω, καὶ πάντα καταπεσοῦνται. Ἐπειδὴ γὰρ ὅν θερίζει σῖτον, καὶ ὅν τρυγᾷ οἶνον, ἐναντίως ἔχουσι τῷ ἄρτι τῷ στηρίζοντι καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ οἶνῳ τῷ εὐφραίνοντι καρδίαν ἀνθρώπου· ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς πατεῖ, οὐκ ἔων γενέσθαι τροφήν ἢ ποτὸν τοῖς δι' ἄγνοιαν τῆς παρ' αὐτῶν βλάβης ἀδιακρίτως προσφερομένοις. Ἐπὶ οὖν τῷ θερισμῷ σου καὶ τῷ τρυγητῷ σου καταπατήσω, καὶ πάντα πεσοῦνται. Δύναται τοῦτο καὶ πρὸς τὸ σωματικὸν οἰκοδομεῖν (11) ἡμᾶς, ὅτι πολλοὶ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες τὴν συλλογὴν τῶν καρπῶν, ἀθρόα τινὶ πληγῇ ἐκ χαλάζης ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς μάστιγος ἀπώλεσαν τὰ προσδοκώμενα, διὰ τὸ ἀχάριστον καὶ πλεονεκτικὸν τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἔασαντο· τοῦ Θεοῦ εἰς ἀπόλαυσιν αὐτοῖς ἀφικέσθαι (12).

313. Καὶ ἀρθήσεται εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἐκ τῶν ἀμπελώνων· καὶ οὐ μὴ εὐφρανθήσονται, καὶ οὐ μὴ πατήσουσιν οἶνον εἰς τὰ ὑπολῆναι· πέπαυται γάρ. Ἦρθη μὲν οὖν εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἐκ τῶν ἀμπελώνων. Ἀφηρέθη ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐδόθη ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρπούς αὐτοῦ. Δύναται δὲ καὶ κατὰ τὸ σωματικὸν νοεῖσθαι ἢ λέξις, ὅτι ἀρεται πᾶσα εὐφροσύνη τῶν ἀθρόως ἀφαιρουμένων τὰς ἐπὶ τῇ συγκομιδῇ τῶν γεωργουμένων ἐλπίδας. Ἡ ἐπειδὴ ἄμπελον εἶπαμεν τὸν ψευδῆ λόγον, δύναται δὲ νοηθῆναι (13), ὅτι ἢ ἀπὸ πάσης ψευδωνύμου γνώσεως ἐγγινομένη τοῖς ἡπατημένοις εὐφροσύνη, ὡς ἀπὸ ἀμπέλου γεωργούσης φαντασίαν εὐφροσύνης, οὐχὶ δὲ ἀληθειαν ἀφαιρεῖται, ὡς μηκέτι εἶναι τοὺς ἀπατωμένους. Οὐκέτι γὰρ εὐφρανθήσονται ἐπὶ τοῖς ἐλεγχθεῖσιν οἱ πρότερον αὐτὰ θαυμάζοντες, οὐδὲ γεωργήσουσι

A bama erit, utpote quæ immarcuerit, sitque igni tradenda.

312. Deinde adversus Moabitidem dicitur: *Arbores tuas dejecit Esebon et Eleale*. Esebon igitur et Eleale arbores Moabitidis everterunt. Quid autem hisce verbis indicetur, agetum pro virili exponamus. Esebon quidem, quod ad nominis interpretationem attinet, sonat *cogitationem*: Eleale vero, *Dei ascensum*. Itaque vitis aliena, et arbores quasunque Pater cælestis non plantavit, dejiciuntur⁴⁵: at rectæ raticinationes et ascensus qui per bona opera ad Deum nos evehit, plantationem evertunt heterodoxorum. Proinde *Beatus vir cujus est auxilium ejus abs te: ascensiones tuæ in corde ejus*⁴⁶. Quisquis igitur in suo corde habet Dei ascensiones, et diligenter suas observat cogitationes, dogmata hæreticorum male plantata, et perniciosos fructus afferentia evertere poterit et expugnare. Deinceps ait: *Messem tuam et vindemiam tuam conculcabo, et omnia concident*. Nam quando quod demetit frumentum, et quod vindemiat vinum, adversantur tum pani qui confirmat cor hominis, tum vino quod lætificat cor hominis⁴⁷: Deus utpote bonus ea proculcat, nec in cibum aut potum cedere sinit iis qui damnum quod afferunt ignorantes, temere et inconsulte essent ea sumpturi. Itaque *Messem tuam et vindemiam tuam conculcabo, et omnia concident*. Hoc etiam ad verbum potest nobis præstare ædificationem, quod non pauci jam fructuum collectionem in manibus habentes, inopina quadam plaga per grandinem vel aliud quodvis flagellum exspectatione sua fraudati sint: quippe ob hominum ingratum animum atque avaritiam, eosdem iis perfrui Deus non sinit.

313. *Et tolletur lætitia et exsultatio de vineis: et non lætabuntur, neque calcabunt vinum in torcularibus: etenim cessavit*. Et vero sublata est lætitia et exsultatio e vineis. Ab Israelitico populo ablatum est regnum Dei, et datum est genti facienti fructus ejus⁴⁸. Potest etiam hæc sententia accipi ad verbum, eo quod aufertur lætitia omnis ab iis, qui de spe segetis celligendæ subito decidunt. Aut quia vineam diximus esse sermonem mendacem, potest intelligi lætitiam ex falsa omni scientia animis deceptorum inditam tolli et auferri, quod a vite profecta sit, quæ lætitia ingenerat speciem, non veritatem, ut ne deinceps inducantur in errorem. Non enim ii lætabuntur amplius ob ea quorum coarguti sunt, qui eadem prius admirabantur: neque uynam Mabiticam excolent, qui quod damnum **615** ex ea accedit bibentibus, didicerint. Fortasse autem

⁴⁵ Matth. xv, 13. ⁴⁶ Psal. lxxxi, 6. ⁴⁷ Psal. ciii,

15. ⁴⁸ Matth. xxi, 43.

(10) Antiqui tres libri, αὐτῷ. Aliquanto post editi, ὁ οὖν ἔχων τὰς ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ Θεοῦ ἀναβάσεις. At mss. ut in contextu: ubi libentius legerem, ἐπὶ τῇ καρδίᾳ, si per veteres libros liceret.

(11) Scriptum invenimus in duobus codicibus,

οἰκονομεῖν, *ordinare, referre*.

(12) Antiqui tres libri, ἀφικέσθαι. Alius codex, ἀφίσθαι, *relinqui ad usum*.

(13) Codex unus, νοεῖσθαι.

et torcularium nomine animæ prava doctrina imbutæ significantur.

314. VERS. 11-14. *Ideo venter meus super Moab quasi cithara sonabit, et interiora mea quasi murus quem instaurasti, et erit ad confusionem tui. Et defatigatus est Moab in altaribus, et ingredietur in manufacta sua, ut oret et non poterunt eruere illum. Hoc verbum quod locutus est Dominus super Moab, quando et locutus est. Itaque prophetæ venter super Moab quasi cithara sonabit; hoc est, concinne et modulate edet sonum numerosum; quandoquidem scite et ex artis præceptis eam pulsabit. Ventrem autem appellat id quod Psaltes alibi interiorum nomine designavit: ait enim: *Benedic, anima mea, Domino, et omnia interiora mea, nomini sancto ejus*⁴⁹. Quis namque interioribus suis præcepit ut benedicant nomini Domini, nisi is qui naturæ cogitationum ab intimis præcordiis exeuntium præcipit? quarum duplex est classis. Aliæ enim pravæ sunt, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, et oculus nequam; aliæ vero sunt probæ et salutares, benignitas, temperantia, liberalitas, fausta præcatio, testimonia secundum Deum reddita, oculus purus, et his similia. Is igitur cujus interiora omnia parata sunt ad benedicendum nomini sancto Dei, non abs re intimum suum affectum assumit ad gratias Deo persolvendas. Itaque et Isaias habebat sua interiora ceu murum a Deo instauratum. Sic enim per Verbi gratiam sibi datam, qua homo interior innovatur, instructus fuerat et præparatus. Quin et ipsius cogitationes erant tanquam murus inexpugnabilis, adeo ut cogitationibus pravis, aut inimicis ad damnum inferendum circumstantibus aditus nullus daretur. Profuerit igitur nobis isthæc reputantibus, imitari, pariterque cum propheta dicere: *Venter meus ut cithara sonabit, et interiora mea quasi murus quem innovasti. Et erit, inquit, ad confusionem tui, quia defatigatus est Moab in altaribus. Eundem alloquitur. Quid ergo sibi vult**

⁴⁹ Psal. ciii, 1.

(14) Monere juvat, legi debere, καὶ οὐ μὴ δύνωνται, ubi legitur, καὶ οὐ μὴ δύνηται id quod non obscure patet ex sequentibus, aut certe verbum δύνηται, numero multitudinis exprimi debet, sit ut nomen collectivum subaudiatur. Et ita expressum fuit id verbum in editiome Romana, poterunt.

(15) Illud, φησὶν, additum est e Reg. secundo.

(16) Editi, ὄνομα Κυρίου. At quatuor mss. ut in textu.

(17) Editi, Καὶ Ἠσαΐαν, corrupte: ubi emendate in utroque Combef. legitur, Καὶ Ἠσαΐας. Alii duo mss. habent, Καὶ τοίνυν καὶ Ἠσαΐας. Nec ita multo infra editi et Colb. primus, οὗτος γάρ. At Reg. secundus, οὕτως γάρ.

(18) Illud, καὶ ἔσται, φησὶν, εἰς τὸ ἐντραπήναι σε, Latine reddi vix potest. Nam ut sententia auctoris exprimitur, in interpretatione appareat oportet quasi paradoxum quoddam, quod admirabile sit et præter expectationem omnium. Statim enim subjungit auctor: Τί οὖν βούλεται τὸ τολμηρῶς δοκοῦν εἰρησθαι, τὸ, Ἔσται εἰς τὸ ἐντραπήναι σε;

Μωαβιτικὴν σταφυλὴν οἱ διδαχθέντες τὴν ἀπ' αὐτῆς ἀκολουθοῦσαν τοῖς πίνουσι βλάβην. Τάχα δὲ καὶ ὑπολήνιά εἰσιν αἱ δεχόμεναι τὴν μοχθηρὰν διδασκαλίαν ψυχαί.

314. Διὰ τοῦτο ἡ κοιλία μου ἐπὶ Μωάβ ὡς κιθάρα ἤχησει, καὶ τὰ ἐντός μου ὡσεὶ τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισας καὶ ἔσται εἰς τὸ ἐντραπήναι σε. Καὶ ἐκοπίασε Μωάβ ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ χειροποίητα αὐτῆς, ὥστε προσεύξασθαι· καὶ οὐ μὴ δύνηται (14) ἐξελεῖσθαι αὐτόν, Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Μωάβ, ὑπότα καὶ ἐλάλησεν. Ἡ κοιλία τοίνυν τοῦ προφήτου ἐπὶ Μωάβ ὡς κιθάρα ἤχησει· τουτέστιν, εὐαρμόστως καὶ μουσικῶς ἤχον ἀποτελέσει εὐρυθμον, ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης τοῦ κρούοντος αὐτὴν τεχνικῶς. Κοιλίαν δὲ λέγει ὁ ἀλλαχοῦ ὁ Ψαλμοδὸς ἐντός εἶρηκεν· Εὐλόγει γάρ, φησὶν (15), ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου, τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. Τίς γὰρ τοῖς ἐντός ἑαυτοῦ προστάσσει εὐλογεῖν τὸ ὄνομα Κυρίου, ἢ τῇ φύσει τῶν ἔσωθεν τῶν διαλογισμῶν ἐξερχομένων; ὧν διπλοῦν ἔστι τὸ τάγμα. Οἱ μὲν γὰρ μοχθηροὶ τυγχάνουσι, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, καὶ ὀφθαλμὸς πονηρός· οἱ δὲ ἀστεῖοι καὶ σωτήριοι, φιλανθρωπία, σωφροσύνη, τὸ κοινωνικὸν καὶ εὐφημον, καὶ αἱ κατὰ Θεὸν μαρτυρίαι, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς καθαρὸς, καὶ τὰ ὅμοια τούτων. Ὡς τοίνυν πάντα τὰ ἐντός κατώρθωται εἰς ἐτοιμότητα τοῦ εὐλογεῖν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ (16) τὸ ἅγιον, οὗτος καλῶς συμπαραλαμβάνει τὴν ἔνδον διάθεσιν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ εὐχαριστίαν. Καὶ Ἠσαΐας (17) τοίνυν εἶχε τὰ ἐντός ἑαυτοῦ ὡς τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισεν ὁ Θεός. Οὕτω γὰρ κατεσκευάστο ἐκ τῆς εἰς αὐτόν τοῦ Λόγου χάριτος ἀνακαινίζουσης τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ ἦσαν αὐτοῦ οἱ διαλογισμοὶ ὅτι οὐκ εἶς τεῖχος ἀκαθαίρετον, ὡς μηδεμίαν διδόναι παρεῖσθαι τοῖς χεῖρῶσι λογισμοῖς, μηδὲ τοῖς περικαθεζομένοις ἐχθροῖς εἰς ἐπήρειαν. Καλὸν οὖν ἔστι ταῦτα ἐννοήσαντας ζηλωσαὶ καὶ ὁμοίως εἰπεῖν τῷ προφήτῃ τὸ, Ἡ κοιλία μου ὡς κιθάρα ἤχησει καὶ τὰ ἐντός μου ὡσεὶ τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισας. Καὶ ἔσται, φησὶν, εἰς τὸ ἐντραπήναι σε (18), ὅτι ἐκοπίασε Μωάβ ἐπὶ (19) τοῖς βωμοῖς.

Quid ergo sibi vult illud, Ἔσται εἰς τὸ ἐντραπήναι σε, quod temere dictum videtur? Itaque ex scriptoris sententia verba illa, ἔσται εἰς τὸ, etc., audaciæ aliquid atque temeritatis præferunt. Oportuit igitur hunc locum ita conversum, ut in interpretatione perspicui posset audaciæ aliqua atque temeritas. Sic autem interpretari posse credidimus: *Et erit ad confusionem tui.* Nam hoc pacto appareret primo aspectu miri aliquid, quasi videlicet Deus posset confundi, atque pudore affici. Sed vox *tui* ex sententia scriptoris non debet sumi *passive*, videlicet pro pudore, quo afficiatur Deus, sed *active*, pro pudore, quem Deus suis adversariis incutiat. Alii meliora, si tamen rem tanti faciant, ut eam suis curis non indignam judicent. Interpretes vetus sic verterat, *Et erit ut te revereantur.* Ducæus vero, *Et erit ut tu reverearis ipsos*: id quod ipse sic explicat, *Eveniet ut illi tibi pudorem incutiant, vel imponant.* Imo ex sententia scriptoris, Deus illis pudorem incutiet.

(19) Nostri quatuor mss., ἐν. Editi, ἐπὶ.

πρὸς τὸν αὐτὸν ὁ λόγος. Τί οὖν βούλεται τὸ τολμηρῶς δοκοῦν εἰρησθαι, τὸ, Ἔσται εἰς τὸ ἐντραπήναί σε; Διὰ τοῦτό μοι, φησὶν, ἰσχυροῦς ἐχαρίσω ἐνδοθεν τοὺς διαλογισμοὺς, ὥστε τοὺς νῦν μὴ ἐπιστρέφοντας ἐπὶ σὲ ἐντραπήναί σε διὰ τῶν ἐλέγχων τῶν προσαγομένων αὐτοῖς, ἐκ τῆς τῶν δεδομένων μοι λογιῶν εὐτονίας. Δεῖπει οὖν τὸ, οὐτούς· ἵνα ὑγιῶς τῶν ῥημάτων ὁ νοῦς ἀποδοθῇ. Καὶ ἔσται εἰς τὸ ἐντραπήναί αὐτούς σε (20). Ὡσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πολέμοις ἀντιπρόσωποι ἐστῶτες, ἕως μὲν ἰσοπαλεῖς δοκοῦσιν εἶναι, οὐ τρέπονται, οὐδὲ ἐκκλίνουσιν· ἐπειδὴ δὲ ὑπερέχη αὐτῶν τὸ ἕτερον μέρος, τραπέντες φεύγουσιν· οὕτω καὶ ψυχὴ ὑπὸ ἀναιδεΐας παρατεταγμένη ἔστηκεν, οὐκ ἐντρεπομένη, ἐλεγχθεῖσα δὲ ὑπὸ λόγου καθαπτομένου αὐτῆς, τρέπεται πρὸς αἰσχύνην. Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ κρυπτῇ τοῦ ἀνθρώπου γίνεται ἡ τροπὴ, ἐντροπὴ προσηγόρευται. Διὰ τοῦτο οὖν ἡ κοιλία ἠχῆσει, καὶ τὰ ἐντὸς ὡσεὶ τεῖχος ὃ ἐνεκαίνισεν ὁ Θεὸς τοῦ προφήτου, ἵνα μεταβάλωσι καὶ ἐντραπῶσι, τοῦ αἰδεῖσθαι (21) Θεὸν, πρότερον οὐκ ἐπιστάμενοι τὴν ὠφέλιμον αἰσχύνην.

315. Ὅτι ἐκοπίασε Μωὰβ ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ χειροποίητα, ὥστε προσεύξασθαι· καὶ οὐ μὴ δύνωνται ἐξελεῖσθαι αὐτόν. Τὸν ἐπὶ τέλει ἀφανισμόν πάσης εἰδωλολατρίας ἐκ τῆς τοῦ Λόγου (22) ἐπιφανείας προφητεύει νῦν ὁ Ἰσαίας, ὅτι μάταιοι πάντες οἱ ἐπὶ ταῖς κατασκευαῖς τῶν ναῶν μόχθοι, καὶ αἱ (23) ἀνωφελεῖς εἰς τὰ χειροποίητα ἐλπίδες. Προσεύξονται γὰρ, φησὶ, καὶ οὐ μὴ δύνωνται ἐξελεῖσθαι αὐτόν. Τοῦτο νῦν ἐπὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας πεπλήρωται. Ἀντὶ σκοπέλων μὲν γὰρ ἐστήκασιν οἱ ναοὶ οἱ περιβόητοι· οὐκέτι δὲ αἱ ἀπὸ τῶν δαιμόνων ἀπάται, φυγαδευθείσης τῆς ἀντικειμένης δυνάμειος διὰ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ τοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κεκηρυγμένου. Τοῦτο γὰρ τὸ ῥῆμα, ὃ ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Μωὰβ, ὁπότε καὶ ἐλάλησεν. Οἷον ἐπίλογός ἐστι παντὸς τοῦ ῥήματος τοῦ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος κεκηρυγμένου. Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησε Κύριος. Προτέτακτο μὲν γὰρ ἡ λέξις οὕτως ἔχουσα, Τὸ ῥῆμα τὸ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος· ἐπιλέγεται δὲ παντὶ τῷ μέρει τῆς περικοπῆς. Τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὃ ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Μωὰβ, ὁπότε καὶ ἐλάλησε. Τί ἐστίν, Ὅπότε καὶ ἐλάλησε; Δείκνυσι τὸ σπάνιον τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς Μωαβίτας γινομένης φωνῆς, τῷ μὲν γὰρ Ἰσραὴλ συνεχῶς διαλέγεται, τοῖς δὲ ἔθνεσιν ὡς τὰ πολλὰ σιωπᾶ, ὡς ἀλλοτρίοις τῆς ἑαυτοῦ μερίδος. Οὐ μὴν παντελῶς ἀποκρύπτει τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τούτους (24) γεύει τῆς ἑαυτοῦ φιλανθρωπίας, ἵνα διὰ τῆς ἐν ὀλίγοις πείρας πρὸς τὴν τῶν τελείων ἐπιθυμίαν ὀρμῶσιν· Ἐπεὶ οὖν σπανιάκις λαλεῖ τοῖς Μωαβίταις, διὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι Τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησε Κύριος, ὁπότε καὶ ἐλάλησεν.

⁵⁰ Isa. xv, 1.

(20) Editi et Reg. primus, σε αὐτούς. Alii duo mss., αὐτοῦ σου. At Reg. tertius, αὐτοῦς σε, nec aliter legitur apud Eusebium, quem, ut alias sæpe, ita et hic a scriptore compilatum esse constat.

(21) Antiqui duo libri, αἰδεσθῆναι.

A illud, quod tenere dictum videtur, *Et erit ad confusionem tui?* Ideo, inquit, firmas mihi intus cogitationes elargitus es, ut qui se nunc minime convertunt ad te, confundas tu ob argumenta, quæ sibi ex inditis mihi prævalidis cogitationibus adducuntur. Deest igitur illud, *ipsos*, sic ut sana sententia reddatur, *Et erit ut 616 tu ipsos confundas.* Quemadmodum enim qui in bellis adversa facie consistunt, quandiu æquo Marte pugnare videntur, non terga dant, neque pedem referunt, sed cum pars altera prævalet, tunc cedentes se in fugam dant: ita et anima impudenter in acie stabat, nec reverebatur, sed verbo objurgatorio convicta, in pudorem et reverentiam vertitur. Et quoniam in occulta hominis parte hæc conversio efficitur, ἐντροπή, sive verecundia vocatur. Ideo ergo venter sonabit, et interiora quasi murus, quem innovavit Deus prophetæ, ut mutantur et confundantur, ad præstandam Deo reverentiam, ii, qui antea utilis pudoris erant ignari.

315. *Quia defatigatus est Moab in altaribus, et ingredietur in manufacta ad orandum; et non poterunt eruere illum.* Nunc Isaias omnis idololatriæ destructionem in fine ex adventu Verbi futuram vaticinatur, quod omnes in construendis templis insumpti labores vani sint, infructuosaque spes in manufactis posita sit. Nam, inquit, orabunt. *Et non poterunt eruere illum.* Hoc jam in adventu Christi completum est. Illa enim templa olim famosa pro scopulis habentur: nec ultra illæ dæmonum fallaciæ consistunt, adversaria illa potestate per mysterium crucis in toto orbe prædicatum in fugam versa. Vers. 13. *Hoc enim verbum quod locutus est Dominus super Moab, quando et locutus est.* Quasi epilodus est totius verbi adversus Moabitidem pronuntiati, nimirum. *Hoc verbum quod locutus est Dominus.* Præmissa enim fuerat sententia, his verbis expressa: *Verbum contra Moabitidem*⁵⁰: toti vero sententiæ parti in modum epilodi subditur, *Verbum hoc, quod locutus est Dominus super Moab, quando et locutus est.* Quid est hoc, *Quando et locutus est?* Ostendit Deum Moabitas raro fuisse allocutum. Etenim cum Israelitico populo assidue colloquitur, a sua portione alienis ut plurimum tacet. Non quidem omnino occulit sermonem suum, sed clementiam ac benignitatem suam eis quoque degustandam præbet, ut pauca experti, quæ perfecta sunt cum omni studio ac impetu concupiscant. Quoniam igitur rarius loquitur Moabitis, idcirco dictum est: *Hoc verbum quod locutus est Dominus quando et locutus est.*

(22) Rursus duo libri antiqui, Χριστοῦ.

(23) Codex unus, καὶ αἰ. Copula καὶ in editis desideratur. Paulo post vocem φησὶ ex uno codice adjecimus.

(24) Codex unus, τούτοις.

316. VERS. 14. *Et nunc dico : In tribus annis annorum mercenarii, dedecorabitur gloria Moab in omnibus divitiis multis : et relinquetur minimus, et non honoratus.* Videtur mihi hisce verbis Moabitidi circumscribere supplicii et pœnarum tempus, quod nominavit tres annos mercenarii. Quia igitur dividitur in tres partes tota temporis natura, plenum atque perfectum tempus exprimere cupiens, dixit annos tres. Itaque *In tribus annis annorum mercenarii, dedecorabitur gloria Moab.* Quin et in Evangelio infamia mercenario inuritur a Servatore, dicente : *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et fugit, quia mercenarius est, et oves non sunt illi curæ* ⁶¹. Inquilinus insuper et mercenarius sacerdotis non comedet sancta secundum legem ⁶². Moab igitur se **617** ipse stata mercede locavit, et factus est mercenarius. Non enim dilexit Deum: sed ob mercedis opinionem et sui commodi spem, non rei faciendæ studio agebat quod agebat. Tribus ergo annis annorum mercenarii afficietur ignominia. Quemadmodum ergo pastor mercede conductus, pastor non est : Ita etiam quisquis facit eleemosynam ad accipiendam ab hominibus gloriam, recepit suam mercedem ⁶³, nec misericors est nec munificus. Item quicumque temperans est ad ineundam ab hominibus gratiam, temperans non est, cum virtutem non quærat, sed gloriam ex ea proventuram venetur. Itaque ii sunt apud Deum inhonorati, qui aliquid ostentationis causa faciunt. Quare et Moab dedecorabitur annis tribus; hoc est, in omni temporis mensura. Inferetur autem mercenarii dedecus, quod non ex animo, sed simulate et fictu munus virtutis expleverit. Dedecoratur autem *In omnibus divitiis multis.* Enimvero quantum ei existimationis in hac vita inerat, tantum eidem infamiæ et dedecoris pro mercede rependetur, ubi abscondita nostra fuerint revelata. Et qui multas res vanas et infructuosas manibus suis congerit, is dedecoris sibi imprimendi segetem majorem habet; qui vero lingua mendaci efficit thesauros, is prosequitur inania, atque in mortis laqueos veniet. *Et relinquetur minimus, et non honoratus.* Quæ hic describitur animadversio, iis qui ad vitium alendum conspirant, loco est doni ac beneficii.

⁶¹ Joan. x, 12, 13, ⁶² Lev. xxii, 10. ⁶³ Matth. vi.

MONITUM IN LIBRUM DE VERA VIRGINITATE.

Hoc opus commendat antiquitas. Scriptum est enim quarto sæculo, eidemque nuncupatur Letoio Melitinensi, ad quem et Gregorii Nysseni exstat *Epistola canonica*. Huc accedit auctoris dignitas, quem

(25) Codex unus, μισθωτῶν, *annorum mercenariorum*.

(26) Editi, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων. At mss. tres uti in contextu.

(27) Codex unus, ἔτεσιν ἔτων, *annis annorum*.

(28) Recentior Combefisii codex, ἀκαρπία. Unde interpretis vetus : *Nam qui numerosam coacervat pec-*

316. Καὶ νῦν λέγω· Ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἔτων μισθωτοῦ (25), ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα Μωάβ ἐν παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ· καὶ καταλειφθήσεται ὀλιγοστός, καὶ οὐκ ἔντιμος. Διὰ τούτων δοκεῖ μοι ὀρίζειν χρόνον κολάσεως τῇ Μωάβ, ὃν ὠνόμασε τρία ἔτη μισθωτοῦ. Ἐπεὶ οὖν εἰς τρία μέρη ἡ πᾶσα τοῦ χρόνου διαιρεῖται φύσις, τὸ τέλειον τοῦ χρόνου παραστῆσαι βουλόμενος, τρία εἶπεν ἔτη. Ἐν οὖν τρισὶν ἔτεσιν ἔτων μισθωτοῦ, ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα Μωάβ. Ὁ μισθωτὸς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διαβέβληται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, λέγοντος· Ὁ δὲ μισθωτὸς, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ ἔστι τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ φεύγει, ὅτι μισθωτὸς ἔστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων. Καὶ πάροικος δὲ καὶ μισθωτὸς τοῦ ἱερέως οὐκ ἔδεται ἅγια κατὰ τὸν νόμον. Ἐξεμίσθωσεν οὖν ἑαυτὸν ὁ Μωάβ, καὶ γέγονε μισθωτὸς. Οὐ γὰρ ἠγάπησε τὸν θεόν, ἀλλὰ φαντασίᾳ μισθῶν καὶ ἐλπίδι οἰκείας ὠφελείας, οὐχὶ δὲ τῇ πρὸς τὸ γινόμενον διαθέσει, ἔπραττεν ὃ ἔπραττε. Τρισὶν οὖν ἔτεσιν ἀτιμασθήσεται ἔτων μισθωτοῦ. Ὡς οὖν ὁ ποιμὴν ὁ μισθωτὸς τὸ δοξασθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπέχει τὸν μισθόν, καὶ οὐκ ἔστιν ἐλεήμων οὐδὲ κοινωνικός. Καὶ ὁ σῶφρων διὰ τὴν ἀνθρωπίνην (26) ἀρέσκειαν οὐκ ἔστι σῶφρων, οὐ τὴν ἀρετὴν διώκων, ἀλλὰ τὴν ἀπ' αὐτῆς δόξαν θηρώμενος. Ἄτιμοι τοίνυν παρὰ θεῶν οἱ πρὸς ἔνδειξιν τι ποιῶντες. Ὡστε καὶ ὁ Μωάβ ἐν τρισὶν ἔτεσιν (27) ἀτιμασθήσεται· τουτέστιν, ἐν παντὶ τῷ μέτρῳ τοῦ χρόνου· ἀτιμίαν δὲ μισθωτοῦ, διὰ τὸ μὴ ἐκ διαθέσεως, ἀλλ' ἐπίπλαστον αὐτῷ εἶναι τὸ ἔργον τῆς ἀρετῆς. Ατιμάζεται δὲ Ἐν παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ. Ὅσον γὰρ αὐτῷ περιῆν τῆς ἐνταῦθα ὑπολήψεως, τοσοῦτον μετὰ τὸ ἀποκαλυφθῆναι ἡμῶν τὰ κρυπτά, ἀποδοθήσεται τῆς αἰχύνης ὁ μισθός. Καὶ ὁ πολλὴν συνάγων ταῖς χερσὶν ἀκαρπίαν (28), πλείονα ἔχει ὕλην τῆς ἐπιφερομένης αὐτῷ ἀτιμίας· καὶ ὁ ἐνεργῶν θησαυρίσματα γλώσση ψευδεῖ, μάταια διώκει, καὶ ἐλεύσεται ἐπὶ παγίδας (29) θανάτου. Καὶ καταλειφθήσεται ὀλιγοστός, καὶ οὐκ ἔντιμος. Εὐεργεσία τῶν ἐπὶ κακίᾳ συγκεκροτημένων, ἢ ἐντεῦθεν παιδεύσις.

cati multitudinem. At antiquior Combefisii codex cum Reg. secundo, ἀκαρπίαν, rectius.

(29) Codex unus. ἐπὶ παγίδα. Mox uterque Combef. cum Reg. secundo, ἔντιμος εὐεργεσία. Editi, ἔντιμος, ἐπὶ εὐεργεσίᾳ, haud emendate. Hic desinunt omnes tum calamo notati, tum typis descripti libri.